sermone libri secūdi: sic ait. Vita senis. Sequor hūc Lucanus an appulus anceps. Nam venu-
sinus arat finem sub vtrumq colonus. Missus ad hoc pulsis: vetus est vt fama sabellis: Se-
quor autem hunc. Lucilium intelligit. Agitem: tractem: insecter. Sed quid magis hera | Heracleas
cleas. qꝫ heracleas potius ꝙ herculeas legēdū sit probi aūcte. ⁊ veteris codicis indicio vt qui
dam aiunt: assero eqdem. Heracles eñ grece heracleus possessiuum format. Hercules vero cū
sit latinum facit herculiū. Syllius li. iij. Herculiā factis seruās a nomine famā. Assero itez vt
etiam herculeias pētasyllabū legi possit. Heracleas. i. herculis erumnas. heracles aūt interp̄ | Hercules
tatur heras: id est iunonis: cleos. i. gloria quasi illa psequēte magnā gloriā sit consecutus. Fu
it preterea Hercules Alcmene iouisq filius: Ferūt. n. iouez tris noctes in vnā redactas alc-
mene operaz dedisse. Infans aūt hercules duos dracones vtraq manu apprehēsos strangula
uit. quos iuno ad eū pdendum miserat. Unde illuz argiui qm̄ Junonis opa gloria esset adept⁹ | Alceus
cum antea Alceus vocaretur: heraclez dixere. Succedēte tempore duodecim labores execut⁹ | Herculis
est. quos ei Euristheus mycenarum rex iusserat. Manibus itaq suffocauit inter Mycenas | labores
ac Nemeam syluā ingentē leonem. Interemit lerneā hydrā. aprū erymantheuz archadie va
stantē agros viuū sup humeros ad eurystheū attulit. Cētauros expugnauit. aureis cornibus
ceruā velocitate eximia fessaz cōtinua in psecutiōe cepit. Stymphalydas aues finitimarū re
gionum fructus vastātes ad fugam cōpulit. Aulam egei nemine iuuāte purgauit Pignione
flumine supinducto. fuerat aūt illa p multos annos cōtractis sordibus repleta. Diomedis thra
cis equos ad eurystheū deduxit. Amazones supauit. mandatū namq fuerat ei ab Eurystheo.
vt cingulū hippolite amazonis afferret. gerionis boues hispani ad Euristheū occiso Geriōe
adduxit. Ab inferis cerberū ad superos eduxit. Ultimo ei labore indicto mala hesperidum au
rea afferēdi: occiso puigili dracone executus est. hec ⁊ plura diodorus li. v. Apulei⁹ libro quarto
floridoꝝ scribit herculem mōstra illa īmania hominum ac ferarum virtute subegisse: orbemq
terre purgasse. Similiter aduersum iracundiā: ⁊ inuidiam: atq auaritiaz: atq libidinē. cetera
q animi humani monstra ⁊ flagitia. Philosophus iste hercules fuit. eas omnes pestes menti-
tibus exegit: familias purgauit: malitiam pdomuit. seminudus ⁊ ipse ⁊ claua insignis: etiā the
bis oriundus: hec ex illo. Genuit preterea hercules duos ⁊ septuaginta liberos. [illegible] eñ philo
sophus li. vij. aīalium sic. Sunt ⁊ viri qui non nisi feminā procreant. Et mulieres que nō nisi ma
rem. ⁊ contra: vt de hercule fabulantur: qui inter duos ⁊ septuaginta liberos: feminam vnā tā
tūmō genuit. Aut Diomedeas. i. Diomedis fab'as: ⁊ erūnas: qui qdē ab troia rediens ab egi-
alia vxore non receptus. vt lycophoron scribit: in apuliaz venit: vbi Arpos ⁊ beneuentū condi
dit. ⁊ submersi socij: a pallade in aues q̄ Diomedee dicūtur: cōuersi sunt. De quibus Solin⁹ plu | Diomedes
rima scribit. Mugitū labyrinthi. Pasiphae minois vxor tauro supposita Dedali arte: genuit | Pasiphae
Minotaurū: natura duplici: q̇ vsq ad humeros taurus: cetera homo esset: Ad hoc nutriendū | Minotaurus
monstrum aiunt ab Dedalo labyrinthum fabricatum difficiles habentem egressus: ⁊ inscijs pe | Dedalus
nitus irremeabiles. In quo recluso minotauro septem atheniēses pueri totidēq virgines sin
gulis annis dabantur. Hunc tandem theseus peremit. De quibus omnibus latius. libro quin
to Diodorus. Et mare percussum puero. Dedalus a pasiphae absconditus: quum nauibus nul
lo modo euadere minois iram posset: sibi ac filio fabricauit alas. Icarus altius euolans in ma | Icarus
re cecidit. Unde ait Ouidius. Icarus icarias nomine fecit aquas. Dedalus vero ad siciliā per | Vela
uenit incolumis: vbi opera quidem multa ⁊ miranda construxit. preclarus enim architectus
fuit. De quo item Diodorus late libro quinto. Et naso li. de arte secundo. Eos autem volasse fi-
ctum est: quoniam teste Pli. libro septimo. Vela icarus. Malum ⁊ antennā dedalus inuenit.
Eusebius tamen scribit dedalum cum filio icaro minoē naui fugisse. ⁊ propter inuestigabilez
fugā euolasse pennis existimatus est. Diodorus vero scribit libro sexto: q velis vti nautas Eo
lus docuit. Cum leno accipiat mechi bona. Si capiendi ius nullum vxori. Domitian⁹ vt sue-
tonius scribit: probrosis feminis lectice vsum ademit. Iusq capiēdi legata: hereditatesq. Ea | Lacunar
rum itaq viri tanq̄ lenones mechorum legata accipiebant. Jus. i. potestas. Luca. Jusq da | Lacus
tum sceleri canimus. Spectare quo scilicet adulter sua coniuge licentius potiatur. Lacu- | Laqueus
nar. quadratus locus in tabulis principaliter lacus dicitur. Lucilius: resultant edesq: lacusq.
Diminutiuū lacunar facit Horati. Nec mea renidet i domo lacūar: Inde ēt fit alia diminutio la
cunariū: ⁊ p ātistechō laqariū. qđ qdē Serui⁹ li. i. enei. edocet. Et Apuleius libro quito ait. Nā
summa laquearia citro: ⁊ ebore curiose cauata subeunt auree colūne: parietes omnes argēteo

celamine contegūtur. Ad calicē in mensa quū forte adulter: ingreditur vel secū ederit. Ouidi
us itē lib.i. de amoribus sic. Si bene cōpositus somno vinoqꝫ iacebit: Cōsiliū nobis resqꝫ locus
qꝫ dabūt. Cū fas esse putet ⁊c. Cogitāti mihi ⁊ plura legēti de quonā hic intelligere conueni-
ret: Nullus ꝑfecto occurrit cōueniētior ꝙ̄ Tigillinus. Is eñ vt tacitus scribit lib. xiiij. In aīo
Neronis ex intimis libidinibus assumptus est. Validiorqꝫ indies factus. libro etiā. xv. de eodē
Nerone ita inquit. Tum quasi bello gesta expositurus vocat senatū: ⁊ triumphale decus petro
nio turpiano cōsulari: Cocetio nerue pretori designato. Tigillino prefecto pretorij tribuit. Ti-
gillinū ⁊ Neruā ita extollens. vt supᵗ triūphales in foro imagines: apud palatiū quoqꝫ effigies
Tigillinus eorum sisteret. Et libro. xvij. vbi de Othone meminit: ita inquit. Ophonius Tigillinus obscu-
ris parētibus: feda pueritia: impudica senecta. prefecturā vigilū: ⁊ pretorij. ⁊ alia premia virtu
tum: quia velocius erat vitijs adeptus: crudelitatem mox. deinde auaritiā: ⁊ virilia scelera exer
cuit corrupto ad omne facinus nerone: quedā ignaro ausus ac postremo eiusdē desertor ac ꝓ-
ditor. Unde nō aliū pertinacius ad penā flagitauere. quibus odiū Neronis inerat: ⁊ qb⁹ desi-
deriū Paulo aūt inferius ait. Tigillinus accepto apud suessanas aquas supreme necessitatis
nūcio inter stupra cōcubinarū ⁊ oscula deformes moras sectis nouacula faucibus infamē vitā
fedauit etiā exitu fero ⁊ inhonesto. Per hmōi igit̄ intimā in libidinib⁹ amicitiā neroni iūctū
Tigillinū. illius etiā aurigā in turpibus presertim fuisse quis deneget. Cū etiā lib. xv. Tacitus
ita scribat de cōiuratione in Nerone. Nihil aduersum hoc neroni prouisum: Etiā fortes viros
subitis terreri: Nedū ille scenicus Tigillino. s. cū pellicibus suis comitāte arma contra cieret.
qd̄ quidē p ironiā dixit quasi diceret nerone comitāte eū tigillino cū pellicib⁹ suis nō potuisse
arma in cōiuratos parare. De Cornelio fusco hic intelligere mīme cōuenit: ꝙuis Suetonius
scribat eū domitiani tēporib⁹ ꝑfectū cohortiū ꝑtorianaꝝ fuisse: eisdēqꝫ belli summā domitianū
cōmisisse. Nō cōuenit inqꝫ qm̄ fusc⁹ ipē ⁊ añ Domitiani tp̄a senatorio ordine fuerat claris qdez
natalib⁹ adept⁹ etiā fuerat ꝓcurationē. Uñ si curā cohortis spasset: merito qdē. hincqꝫ iuuena-
lis ꝓpterea irasci nō iure potuisset. Et ꝙuis putet Iuuenalis pn̄ti tp̄e dixerit mīme refert. Nā
⁊ in fine huiusce p̄me satyre ait de eodē Tigillino iā qdē mortuo vt ostēdem⁹: pone tigillinū ⁊c.
Itē qui de[illegible] ergo trib⁹ patruis aconita vehatur: pēsilib⁹ plumis. Nā p Tigillinū similes poe-
ta carpit. De fusco demū Tacitus li. xvij. impatore adhuc vitellio ita scribit. Titus fabian⁹ pā-
Corneli⁹ fusc⁹ noniā: pōpeius Syllanus dalmatiā tenebāt. sed ꝓcurator aderat Cornelius fuscus vigēs eta-
te: claris natalibus: prima iuuēta quietis cupidine senatoriū ordinē exuerat. Idēqꝫ pro galba
dux colonie sue: eaqꝫ opa ꝓcurationē adeptus. susceptis Vespasiani ꝑtib⁹ acerrimā bello facē
pretulit ⁊c. Inde subdit: ꝓrima Cornelij fusci ꝓcuratoris auctoritas. Is quoqꝫ inclemēter in
Vitelliū inuehi solitus nihil spei sibi inter aduersa reliquerat. Cohortis: in legione erāt Cen-
turie. lx. Manipuli. xxx. Cohortes. x. vt cynthius li. vi. notauit auctore gellio. li. xv. cap. iiij. Co
hors igitur cōtinebat milites sexcētos. Sed de cohortibus late modestus. Utqꝫ festus ait: pre
toria cohors dicta ꝙ a pretore nō discedebat. ¶ Qui bona donauit presepib⁹. ostēdit Tigillinū
fuisse veneri deditū. qd̄ etiā superius patuit hinc pauperē effectū. qui olim patrimonio carens
nā obscuris parētibus ortus erat vt diximus aurigā se neroni tradiderat: vti putare possum⁹.
Presepibus. i. lupanaribus ⁊ meretricibus postꝙ̄ scꝫ ab Nerone ditatus fuerat: cum aūt dicit
puer: ostendit eū tūc nihil habuisse: quo scꝫ tp̄e aurigare ceperat. puer aūt donare nō poterat
meretricib⁹: ergo iā grādis donauit illis. Placet item vt presepibus id est equis alendis expo-
nas. Dum: id est eo tempore quo: Flaminiā: Caius flaminius consul. M. lepidi collega: victor
ligurum strauit flaminiā e roma per tuschiam ⁊ vmbriam vsqꝫ ariminū. auctor est Strabo li-
bro qnto. Puer automedon: ipse tigillinus auriga neronis. vti fuerat achilli automedon: hinc
ait Ouidius in arte: Curribus automedon lentisqꝫ erat aptus habenis. Et Homer⁹ libro ilia-
dos vltimo. Circumqꝫ epulas ⁊ vina parabat Heros Automedon ac clarū robur in armis Al
cimus. De quibus etiam paulo inferius sic: Heros automedon: simul et comes alcimus ibant
Quos sibi delegit socios: post tristia cari fata meneciade: ⁊ primo venerat⁹ honore: Ipse iacta
ret: supple Nero. Is eñ intelligitur. Nā Suetonius sic ait: pueꝝ spoꝝ exectis testibus etiā in
muliebrē naturā transfigurare conatus cū dote ⁊ flammeo per solēnia nuptiarū celeberrimo
officio deductū ad se: pro vxore habuit: quē Spoꝝ augustarū ornamētis excultum lecticaqꝫ ve
ctum: et circa cōuentus: mercatusqꝫ grecie: ac mox rome circa sigillaria comitatus est: idētidē
exosculans. Lacernate amice: lacerna indute per quod marē ostendit. Lacerna enim militaris
erat vestis: vt patuit supra. Amice: sporo scꝫ.

Quid referam ⁊c. Tangit alias causas indignatōis sue sub vario modo dicēs. Quid id est ad quid: ad quā vtilitatem referā. i. recitem vel enerrem quasi dicat ad nullam cū notuz esse debeat. quanta ira ardeat iecur meū siccum. i. exiccatum ex frequēti ira: que est accensio sanguis circa cor: cū hic id est quilibet vtpote irus aut alius. (Credo tamē poetam ingeniosum artificē allusisse ad nomē iri dicentem quāta ira ⁊c.) spoliator pupilli. i. orbati parente: ꝓstantis id est ad venerem amore lucri expositi. ꝓmit populum gregibus. id est multitudine comitum. i. clientum ⁊ seruorum se comitantiū. at. i. sed cum videā sup. ꝙ hic. id ē alius sit dānatus iudicio inani i. parū reo nocenti ⁊ nihil actori cōducēti. Quia vero non est verisimile iudicium datū cōtra furem damnatū repetūdarum. i. de pecunijs ab actoribus repetitis restituēdis: parum illi nocere: efficitur eñ infamis: ⁊ fur ꝓbatus. Respōdet ad hoc poeta ironicos ⁊ ex opinione damnatorum taliū loquens. eñ pro q: quia quid sup. est aut nocet infamia saluis nūmis. i. dum nūmi sint salui. q. d. nihil ⁊ id q̇dem ſm eos nō ſm se loquitur poeta. vñ vultuose ꝓferendum est. Qd autem nihil videatur nocere probat exēplo. Nam marius priscus exul id est qui exulabat ꝓpter spoliationē aphrice: bibit ab octaua sup. hora. i. voluptuosus indulget genio suo ⁊ agit letum cōuiuam incipiens ab hora octaua. cum ſm ritum Romanum solūmō hora nona inciperent discūbere ⁊ frangere thoros discubitorios. Nā octaua hora palestris ⁊ exercitantibus corpora debebatur. Nec ante nonā licebat meretrici publice ꝓstare. Vñ a pſio nonaria dicta est. ꝙuis ergo marius esset dānatus: quia plus surripuerat ꝙ̄ restituerat: bibit. i. potat: ⁊ letū vultum agit ab octaua hora: ⁊ fruitur. i. ad voluptatem vtitur dijs iratis. id est q̇ ipsi mario visi sūt irati: q: permiserunt ipsum dānari: quē locū q: aliter intelligo ꝙ̄ alij: sic expono. Marius cuz ꝓconsul esset videbatur dijs fauentibus oīa agere: ⁊ tamen ꝓpter ꝓcōsulatū ⁊ magistratꝰ onera erat haud dubie multis curis implicitꝰ ita vt pre sollicitudine exporrigere frontē ⁊ hilarē cōuiuam agere non posset: damnatus aūt ⁊ priuatus magistratu illo: visus est deos iratos habere: sed fruitur dijs iratis: q: capit voluptatem ex damnatione sui: bibit eñ ⁊ obsonat libere ⁊ secure etiam ab octaua hora: at. i. sed tu ꝓuincia videlicet Aphrica: victrix in iudicio: q: damnatus est marius: ploras quia nihil vtilitatis cōsecuta es: Pecunie enim ablate que tibi restitui debebant ex auaricia publica senatus in erarium seu fiscum conuerse sunt. Quod hodie in multꝭ locis conspicimus vbi si quis furem rerum suarum deprehenderit: nihil sibi sed domino loci recuperauerit. Q: vero talia sūt iniquissima: ideo indignabūdus poeta infert. Non credam. i. putas ꝙ non credam. q. d. nō debez id putare: quia credo maxime: hec id est huiusmodi scelera digna sup. esse. Lucerna id est diligenti lucubratiōe ⁊ aperta taxatione: venusina. i. horatij q̇ erat venusinus. ⁊ putas ꝙ ego non agitem id est persequar hec: ꝑ. d. non debes putare. Sed quid sup. putas vt debeam agitare. Nunquid heracleas id est fabulas de heracle id est hercule iunonis gloria: quasi dicat minime. Aut sup. agitem magis diomedeas. i. fabulas de diomede et socijs eius. Aut fabrum. s. dedalū achitectū aut icarum filium eius volantem. i. fictum a poetis volasse ꝓpter celerem fugam. Cum tamē leno id est maritus fungens officio lenonis in coniuge sua: accipiat bona mechi id est adulteri cōmiscentis cum vxore sua: si nullum id ē non vllum si non est vxori id est si non habet vxor vllum ius capiendi sup. hereditatem ab adultero: quia hoc vetuerat Domitianus: ⁊ ideo inscribebantur mariti heredes qui erant lenones. i. vt galli dicunt ruffiani de vxoribus suis dissimulātes se nescire. Unde subdit. leno inquam: doctꝰ id est expertus et consuetus spectare id est frequenter aspicere lacunar id est cōnexionem trabiū in tabulatis que quidā a soliditate solaria vocant. tunc aūt spectabat quando mechus cōiugez ampletans deosculabatꝰ. aut doctus stertere id est stertendo dormientem simulare: naso vigilāti. i. ipse vigilans ⁊ faciens nasum stertere: ad id est iuxta calicem. i. pocula quibus se potum simulabat dormire: ⁊ tangit ſm mancinellum precipue tigillinū. Preterea non putem hec esse digna lucerna venusina: ⁊ sequar potius dictas fabulas. Cum aut iam dictus leno tigillinus: aut quiuis alius homo ꝑditus adulatione: putet esse fas sperare id est merito expetere sibi curam cohortis id ē prefecture pretoriane: qui donauit bona id est diuitias suas presepibus id est equis ad aurigaturā vt neroni complaceat alendis: ⁊ q̇ sup. caret oī censu maiorum: id est q̇ nullo patrimonio potens: sola adulatione ad diuitias peruenit quas in alendis equis cōsumpsit: vt neroni cemplaceat. Caret ergo sensu maiorum id est patrimonio sup. eo tpe dum. i. quo tempore ipse existens puer automedon id iuuenis auriga neronis: sicut automedon erat vir fortis ⁊ auriga achillis: ꝑuolat. id est quasi volando percurrit axe id est illa parte rotarū citato id est a parte totum accipiendo: cōcitatis ⁊ cōmotis velociter rotis ꝑuolat. i. volat ꝑ flamineā sup. vi Ascen.

am.a Caio flaminio stratam. Ideo autem hoc fecit qr fretus erat auxilio neronis. Nā tenebat lora.i.frena equorum ex corio facta dum ipe.i.principalis videlicet nero cuius currus agebat ab eo sicut currus achillis ab Automedonte iactaret id est frequēter se iniiceret amice lacernate.i.in amplexum spori.i.pueri emasculati quem nero vt veram coniugem solēniter duxerat ergo amice lacernate.i.induende veste virili.i.masculi quo nero vt muliere abutebatur Pupil

Prostare — li ꝓstantis. Prostare est ante lupanar stare ⁊ expectare aduentātes ad stuprum. quo mō in ita

Prouincia — lia olim pueri imberbes ꝓstabant. Prouincia dicta qr pro id est ante victa. vel qr porro id est longe ab italia victa. ad quam regendā et tenendā in obedientia mittebant procōsules. Quia vero difficile est aut victos aut longe positos regere: ideo ꝓuincia pro duro ⁊ difficili negocio sepe capit. Venusina lucerna: prob⁹ dicit ꝙ venusij fiebāt laterne leues que vili precio vendebātur: ⁊ ita sm eum poeta opus suum vili cōstare fateret: sed nihil procedit. Sciemus aūt lucer-

Lucerna — nam a luce dici correpta tamē syllaba. Vñ propter tersam ⁊ apertā reprehensionē horatij potuit lucernam dicere. Sed mea sententia est: vt vigiliam ⁊ lucubrationem horatianam intelligat Res enim diligenter ⁊ quasi a puigilantibus facte: sicut orationes demosthenis dicuntur lucernas olere. Si legis heracleas est versus spondaicus. Heracles em̄ cuꝫ apud grecos habeat ita litteram primā producit: ⁊ secūdam si vis positione. ⁊ tertiā more greco. Herculius aūt siue herculeus dicat qr latinum est eandem corripit. Sicut tamē a priamus fit priameius: ita a nominatiuo hercules fieri pōt herculeius: ⁊ ita aut heracleas aut herculeias legi posse sentit mācinellus: sed priameius antepenultimā producit quidem sed corripit penultimā quo mō si herculeias legat v̄sus nō ꝯstet. Lege ergo sm probum heracleas. Cetera māifeste exposita sūt.

Nonne libet medio ceras implere capaces
Quadriuio: cum iam sexta ceruice feratur
Hinc atqꝫ inde patens: ac nuda pene cathedra
Et multum referens de mecenate supino
Signator falso: qui se lautum atqꝫ beatum
Exiguis tabulis: et gemma fecerat vda?
Occurrit matrona potens: que molle calenum
Porrectura viro miscet sitiente rubetam.
Instituitqꝫ rudes melior locusta propinquas:
Per famā et populum nigros efferre maritos.
Aude aliquid breuibus: gyaris et carcere dignū
Si vis esse aliquid. probitas laudatur: et alget.
Criminibus debent hortos: pretoria: mensas:
Argentum vetus: ⁊ stantē extra pocula caprum.
Quem patitur dormir e nurus corruptor auare?
Quē sponse turpes: et pretextatus adulter?
Si natura negat: facit indignatio versum
Qualemcunqꝫ potest: quales ego vel cluuienus.

Man. — ¶ Nonne libet: quasi dicat: imo est autem alia idignationis causa
Ceras capaces: ceratas tabl'as ingentes ⁊ amplas. Plerūqꝫ em̄ antiqui ceratis in tabulis scribere solebant: vt et Prisc. edocet.
Quadriuio. Loco publico: et in quem vie quattuor confluunt.
Patēs. Apertus. Nuda. Quo melius videretur. Cathedra.i.

Hexaphoron — lectica: quam appellant hexaphorō: quoniam a sex seruis portaret sicut octophoron ab octo seruis.

Mecenas — De mecenate supino. id est molli. Mecenas em̄ solutis tunicis in vrbe semper incessit. Comitabanturqꝫ eum spadones duo: magis tuꝫ viri ꝙ ipse. apparet itaqꝫ mollem fuisse. hec scribuntur a Seneca in epistola.cv. Idemqꝫ Juuenalis in satyra.xij. ait. Vestē purpuream teneris quoqꝫ Mecenatibus aptam. id est viris mollibus. Supino.i.superbo: ut aliqui dicunt: non procedit. Seneca em̄ in epistola predicta de mecenate sic ait. Maxima laus illi tribuit māsuetudinis pepercit gladio. sāguine abstinuit. Nec vlla alia re quā posset ꝙ licētia offendit. Signator falso. Regulum notat de quo late superius. Nam ex paupere ditissimus ꝑ flagitia euaserat Aliena enim testamenta falso dictabat: signabatqꝫ falso. Preterea vt habetur in institutionib⁹

de publicis iudicijs.lib.iiij. Lex cornelia falsos testamentorum signatores puniebat.legit̃ em̃ ibi ita: Item lex cornelia de falsis: que etiam testamentaria vocatur: penaꝫ irrogat ei: qui testamentum: vel aliud instrumentum falsum scripserit: signauerit: recitauerit: subiecerit: vel signũ adulterinũ fecerit: sculpserit: expresserit: sciens dolo malo ⁊c. Signator. Signatores erant qui aut testamentis: aut causis se subsignabãt. Lautum. Delicatum vestibus ⁊ victu. Tabulis. Secundo libro institutionum de testamentis ordinandis: sic scribitur. Nihil autẽ interest vtrum testamentum in tabulis: aut in chartis membranisue: vel in alia materia fiat. Gemma vda. Sigillo saliua madido: Macrobiꝰ aũt li.vij.sat.iquit ꝙ iprimebat̃ sculptura materie anuli: siue ex ferro: siue ex auro foret: postea vero vsus luxuriantis etatis signaturas preciosis gẽmis cepit insculpere. Occurrit matrona potens. Arguit veneficia: que quidem hincinde etiam a cõiugibus fiebant. Matrona. non de agrippina impatoris Claudij vxore: que virum boleto venenauit: sed de qualibet alia sui temporis intelligitur. Indignatur enim poeta suoꝝ temporum vitijs: hinc ad satyram scribendã impulsus. Molle. Suaue ⁊ dulce. Calenum. Strabo li.v.a campania optima vina aduehi scribit: Phalerna setina atqꝫ calena: quibus surrentina contendũt facto nuper eorum periculo inquit: quãdo longam accipiunt vetustatẽ. Dicitur autem calenum ꝙ calos bonum significat: oinos vinum: Preterea vti strabo libro.v.docet. Calenũ in campania vrbs in primis eximia adiuncta casilino est. Sunt aũt qui o e negent: asserunt em̃ a calibus calenum dictum. de quibus Maro.li.vij.en.ait. Equora quiqꝫ cales linquunt. Rubetam. Rane rubete ⁊ in terra ⁊ in humore viuunt: plurimis referte medicaminibus: que deponere quotidie: ⁊ resumere pastu dicũtur venena tantum sibi reseruãtes. Auctor est pli.lib.viij.ca.xxix. Amphibios autem dicitur in terra ⁊ in aqua viuens. Melior locusta.i.doctior ꝙ̃ fuerit locusta illa que Suetonio teste venenorum index fuit ⁊ Neroni charissima: hinc britãnico Claudij ⁊ Messaline filio venenũ parauit: qui cenans cum Nerone ad ꝑmũ gustum concidit. Propinquas: eius vicinas: nec intelligendum de prima locusta: sed de matrona simili locuste. Per famam ⁊ populuꝫ: id est per infamiam populi: endiadis est: ĩfamia autem populo erat viros venenatos efferri. Cum non castigaretur id scelus: Seu per famam ⁊ populum: id est palam: ⁊ per famam populi: ducebatur enim per populum: tamẽ non puniebantur. Liuius libro.viij.scribit per Decij deuotionem veneficium cõplurium matronaruꝫ deprehensum quarum plurime statim epotis medicaminibus perierunt. Lexqꝫ de veneficio tũc primum constituta est. Iuuenalis vero queritur sui temporis impunitatem. Meminit etiam Valerius libro secundo. Videto quoqꝫ Liuium libro.lxviij. Nigros. veneno luridos: ⁊ supra modum pallidos. Breuibus gyaris: Gyaros insula est in mari egeo cum oppido: vna sporadum: circuitu.xij.milium passuum vt scribit pli.li.iiij.c.xij. Illuc autem noxij mittebantur. Sporades preterea ita dicte: vt scribit. Mela: quia disperse sunt. Cyclades vero: quia in orbẽ iacent. Breuibus autem gyaris non multum extantibus: vel ad paruum oppiduꝫ rettulit. Nã insula tota.xij. M. passuum circuitũ habebat. Probitas lau. optimus quisqꝫ. Alget. friget Seneca epistola.lxxvij. Nihil mihi videt̃ iam interesse algeat balneũ: an caleat. Criminibus.i.criminosis ⁊ sceleratis. Manilius etiam libro quarto ait. Et male consultis preciuꝫ est. Et Salustius in iugur. Quã quisqꝫ pessime fecit: tam maxime tutus est. Plinius item libro sexto epistola ad Seruium inquit. Recordabar etiam plurimos honores pessimo cuiqꝫ delatos ⁊c. Phus item li.iiij.ethi.inquit. Sed interdũ quos oporteret esse pauperes eos diuites faciunt: ⁊ his quidẽ qui moderatis sunt moribꝰ nihil darent: adulatoribꝰ aũt multa: aut quampiam aliam afferentibꝰ voluptatem. Criminibus debẽt: sunt ⁊ q̃ velint intelligere ꝙ diuites scelerati debẽt diuitias quas habent ꝓprijs sceleribꝰ: naꝫ ꝑ scelera bona ipsa assecuti sunt. Lucanꝰ itẽ li.v.sic ait Nõ vltra cũcta carine debebis. Verba sunt cesaris ad Amiclã nautam. Demuꝫ ⁊ superior sensus ꝑ v̾ba phi: ⁊ hic vltimꝰ ꝑ verba Lucani satis ꝯuenit. Cõfirmatur ⁊ vltimus per Martialẽ.ait.n.li.vi. Quũ coleret puros pauꝑ Thelesinus amicos. Errabat gelida sordidus in togula. Obscenos postq̃ cepit curare cinedos: Argentũ mẽsas predia solus emit. Vis fieri diues bithynice cõscius esto. Nil tibi: vel minimũ Basia pura dabãt. Pliniꝰ itẽ li.ij.ep̃la vltima de regulo ait. Et hic hereditates ħ legata q̃si mereat̃ accipit (alla ti diateino mai. In ea ciuitate in qua iamp̃ridẽ nõ minora ꝑmia imo maiora nequitia ⁊ improbitas q̃ pudor ⁊ virtus habent Alla autem sed: ti quid: diateinomai. Iuuehor. (Pretoria. ꝑtoria dicuntur ꝓpterea ꝙ ibi ꝑtores sedeãt ad discutiendũ: ponũtur etiã ꝓ magnificis edificijs ruri manẽtibꝰ. Martialis li.x. Ad lapidẽ torquatꝰ habet ꝑtoria quartum: Ad quartũ breue rus emit otaciliꝰ. Mẽsas.

Lex cornelia.
Signatores
Testamenta.
Anulorum sculptura
Calenum vina
phalerna
Setina
Surentina
Calenum
Cales
Rubeta
Amphibios.
Gyaris
Sporades
Cyclades
Criminosi ditantur

Citrie mense et acerne

citreas scꝫ ⁊ acernas. De citreis videto satyra. xi. ibi scꝫ latos nisi sustinet orbes grāde ebur. De
acere autē Pli. li. xvi. c. xxvi. ⁊. lx. legito. Martialis ait lib. xiiij. de mensa citrea. Accipe felices
atlātica mūera siluas: Aurea q̄ dederit dona minora dabit. Itē de mēsa acerna. Nō sū crispa q̄-
dē: nec silue filia Maure: Sed norūt lautas ⁊ mea ligna dapes. Argētū vet⁹: argētea vasa cela
ta q̄optime aialiū figuris. Unde ait. Et stātē extra pocula caprū. Martialis itē lib. viij. Stat
caper in phiala thebani vellere phrixi Cultus: ab hoc mallet vecta fuisse soror. Atq̄ Gellius li-
bro. viij. c. ix. scribit Auctore. M. Varrone is demū latine caper dicit: q̄ excastrat⁹ est. Quē pa-
titur: soceros arguit q̄ pecunia nurus corrūpebāt: vt pueris subirēt qb⁹ dep̄hēsis abuterent ip
si. Dormire: ne satyrā scribat. Corruptor: socer. Auare: nihil em̄ infamiā curat dum sibi pecunie

Pretexta

dētur. Quē spōse turpes: pueros intelligit: q̄ viris nubebāt. Pretextat⁹ adulter: puer q̄ in adul-
teriū allicitur vt pedicet. Nō em̄ mouet poeta q̄ puer in pretexta adulter sit: sed q̄ fraude affi-
ciat. Tullus aūt hostilius rex romanoꝝ tertius debellatis hetruscis sellā curulē: lictoresq̄ et
togā pictā atq̄ pretextā: que insignia magistratuū hetruscoꝝ erāt: prim⁹ vt rome haberētur in-
stituit. Sed pretextā illo seculo puerilis nō vsurpabat etas: erat em̄ vt cetera q̄ enumeraui: ho
noris habitus: sꝫ postea Tarquini⁹ priscus rex de sabinis egit triūphū: quo bello filiū suū ānos

Bulla aurea

quattuordecim natū: q̄ hostē manu percusserat: bulla aurea pretextaq̄ donauit. Bulla autē ge
stamē erat triūphātiū: quā in triūpho pre se gerebāt: inclusis intra eā remedijs aduersus inui-
diā que bulla cordis figurā tenebat: pretexta vero toga erat cui purpura pretexebatur. Hec ex

Toga

Macrobij li. i. sat. Nobiles itaq̄ tm̄ pueri pretexta vtebātur. Unde pedian⁹ li. ij. Verrinaꝝ ait.
Toga cōis habitus fuit ⁊ mariū ⁊ feminarū: sed pretexta honestiorū. Toga vilioꝝ qđ etiā circa
mulieres seruabat. Si natura negat. predictis causis poeta cōmotus: si natura negāte carmi-
na cōponere nequibit: indignatione dicit id se executurū: Nec ab re dixit: si natura negat. Quo
niā Cice. p Archia scribit. Ceterarū rerū studia ⁊ doctrina ⁊ preceptis ⁊ arte cōstare: poetā na

Poeta p naturam

tura ipa valere ⁊ mētis virib⁹ excitari: ⁊ quasi diuino quodā spiritu inflāmari. Horati⁹ itē in ar-
te: Natura fieret laudabile carmē an arte. Quesitū est: Ego nec studiū sine diuite vena: nec ru-
de q̄d prosit video ingeniū: alterius sic altera poscit opē res. Cluuienus: hūc sui tēporis maluꝫ

Ascen.

poetā etiā carpit: imitatus Maronē in Buc. Qui Bauiū nō odit amet tua carmina Meui.
¶ Nōne libet medio ⁊c. Alia scelera que sine satyrica taxatione videre nō pōt enarrat dicēs
Nōne libet. i. placet cū quadā animi affectiōe implere scriptura scꝫ satyrica: ceras capaces. i. in
gētes pugillares vel tabulas ceratas: ⁊ hoc medio. i. in medio quadriuio. i loco publico quo et
quattuor ptib⁹ plures cōueniūt. q. d. manifeste ⁊ nemine cōtradicēte. Cū. i. quia ita est q̄ signa
tor. i. sigilli impressor falso. i. p falsitatē ⁊ dolos imprimēs vbi nō deberet: q̄ fecerat se lautū. id ē
mūdū ⁊ splendidū ⁊ beatū. i. bene habētē ⁊ diuitē: ⁊ fm opi. vulgi felicē: exiguis. i. modicis tabu
lis sup. testamētarijs ⁊ gēma. i. sigillo isculpto in gēmavda. i. madefacta saliua ne cera adhereat
id ē q̄ fact⁹ ē diues et hoc q̄ sigillo suo signauit fal sa testamēta vel alioꝝ testamēta vsurpauit si-
bi vt Regulus fm Pliniū: cū ergo talis falsarius olim paup ⁊ abiectus: feratur. i. portetur iā se
xta ceruice. i. hexaphoro. s. lectica quā sex ferebāt: patēs. i. aptus vt videat ad iactantiā: hic atq̄
inde. i. vtriq̄ siue ab vtraq̄ pte: ac pro et cathedra eius existēte sup. pene. i. quasi: nuda. i. discoo
perta ⁊ oibus cōspicua: referēs. i. repn̄tās multū de mecenate equite illo amico virgilij ⁊ hora
tij ceterorūq̄ poetarū honoꝝ: supino. i. molli ⁊ sibi indulgēti. Sic em̄ Mācinellus ⁊ Calderin⁹
pertinaciter asseuerāt. Valla cōtra. dicit em̄ supino. i. supbo siue erecto ⁊c. Si vacat audire sen
tentiā nostrā. Pronus ⁊ supinus cōtrario mō se habēt. Nā pronus est cui facies in terrā incū-
bit. Unde Oui. Pronaq̄ cū spectēt aialia cetera terras. Supin⁹ aūt cui os sublime ⁊ ita erecta
est ceruix: qđ apud hieronymū signū est supbie. Qđ aūt calderin⁹ dicit supinū nō legi pro elato
aut supbo ne apud persiū quidē dicētē italo q̄ honore supin⁹: cū ibi pro molli capiat: lōge qđ cū
venia eius dico oberrat. Nā cui nō vero similius videbit quē q̄ honore habito potius supbū et
elatū effici cū id natura vocabuli exigat potissimū: q̄ mollē? Qđ vero auctoritate scenice Man
cinellus asserit mecenatē solius molliciei argutū esse: ⁊ nusq̄ de supbia notatū: fatemur quidē
ipm p modestia laudatū ab horatio cū neminē fastidiret: tamē eūdē incessum eūdēq̄ habitum
pōposum quē Mecenas per mollicīē habuit: potuit Regulus aut quiuis alius ex humili fortu
na ad diuitias ingētes euectus ad summā supbiā habere: ⁊ ideo dixit. referens multū de mece-
nate supino. i. erecta ceruice: ⁊ luxurioso habitu incedēte: quia cōsimilē rettulit habitū et similē
erectionē ceruicis: signū maxime supbie in hoīe humili loco nato: qđ in his q̄ regali sunt prosa-
pia geniti tolerabilius est: qualis fuit mecenas. vñ in principio carminum Horatij. Mecenas

atauis edite regibus. Sed procedēdū est mihi. Occurrit sup. cogitationi mee matrona.i. mulier m̄rimonio data: potens.i. valde diues ⁊ per diuitias plurimū valēs. q̄ porrectura.i. talis que debeat porrigere eo q̄ diues. vel porrectura q̄n est porrectura calenū vinū illud molle ⁊ suaue: miscet.i. cōmiscet ip̄m rubeta.i. veneno rubete: ⁊ hoc viro sitiēte.i. dū videt virū sitire. Sitiens em̄ auide ⁊ sine disquisitione bibit: ⁊ ita venefica mulier captat oportunitatē ne dēprehēdat̄ et ne frustra conet̄. Est aūt sic melior cōstructio q̄ dicēdo sitiēte p sitiēti: ablatiuū pro datiuo poni Sūt em̄ ablatiui in designatione sequele positi. Posset forte viro bis cōstrui: semel cū porrectura in datiuo ⁊ semel cū sitiēte: ⁊ id absolute in ablatiuo: q̄ pro et: et q̄dā melior locusta.i. quedam venefica peritior q̄ illa prior locusta q̄ erat tp̄e neronis instituit.i. p institutiones suas edocuit propinquas.i. vicinas suas rudis vel rudes.i. imperitas ⁊ ignaras veneficij: efferre.i. facere et portare per famā ⁊ populū.i. fama id notificāte ⁊ populo patiente. hoc est manifeste ⁊ impune: maritos nigros a se veneno infectos ⁊ luridos effectos. Est aūt locusta nti casus vt docet vltima syllaba que breuis est. Nō est ergo ordo melior.i. peritior mulier locusta.i. q̄ fuerat locusta. sed locusta melior.i. quedā venefica peritior q̄ illa prior. Per excellentiā em̄ pōt locusta p venefica poni: sicut hector pro viro forti apud ouidiū dicētē. Illic ⁊ multos hectoras esse puta. Melior aūt bonitate artis nō morū.i. peritior. Quod aūt nō sit dictū p endiadē p famā ⁊ populū.i. p infamiā populi: sed sicut dixi: per famā ⁊ populū.i. populo sciēte ⁊ non exclamāte: imo quodā modo assentiēte: patet p sequētia. Est em̄ ac si dicat quis. Qui potest fieri vt populus sciat ⁊ nō petat vindictā: ⁊ respōdeat poeta: tantū abest vt malefici mō puniātur: vt etiā honoribus accumulētur. Unde infert. Aude.i. audacter effice aliquid.i. aliqd̄ facinus dignū: in malā partē capitur. breuibus gyaris.i. exilio in gyaron qd̄ est grauissimū. Vel potius distingue vt tria dicat. Primo dignū breuibus.i. exilio vel deprehēsione ad breuia.i. maria vadosa ⁊ scopulis arenisq̄ plena vnde difficillimus est exitus. De quib⁹ Virg. in primo eneid. In breuia ⁊ syrtes vrget: miserabile visu. Scd̄o dignū gyaris.i. exilio nō vnius illius insule ad quā noxij delegabantur: sed pluriū. sicut Horatius. Si trib⁹ antyciris. ⁊c. moris em̄ est indignātes vnā rē in plures efferre Tertio et dignū carcere.i. incarceratione ppetua: si vis esse aliquid.i. haberi in aliquo precio. vel esse aliqd̄.i. effici magne reputationis. Nā aliquid aliq̄n magnū quid significat. Sicut alibi. Est aliquid sese vnius dn̄m fecisse lacerte. Et apud Persiū satyra scd̄a. Sese aliquē credens italo q̄ honore supinus Fregerit heminas. Probitas.i. vir probus laudat̄: quia vt dicit Valerius max. li. iiij. Magno vbiq̄ pretio virtus estimat̄. Virt⁹ em̄ ē tā pulchra vt etiā a malis laudetur: vsq̄ adeo vt persius pro summa pena malis fieri exoptet virtutē vt videāt intabescantq̄ relicta. Probitas ergo.i. vir probus: laudatur etiā ab improbis: ⁊ alget.i. frigore cōficit̄: nemo em̄ vel trita lacerna virū bonū donauerit. Sciūt em̄ multi quid agere debeāt ⁊ ita laudant bonos: sed agere nolūt. Unde dicit Ouidius. Laudamus veteres: sed nostris vtimur annis. Ipsi aūt diuites debēt criminibus suis vtpote per que eas acquisiuerūt: vel debēt criminibus.i. criminosis hoibus: quibus obnoxij sunt, ppter scelera que p ip̄os perpetrarūt: vel quorū cōplices sunt: debēt inquā hortos voluptatis sc3 causa arborib⁹ cōsitos. Pretoria.i. pretorib⁹ digna edificia aut forte preciosa sedilia in hortis cōstructa: ⁊ mēsas ex preciosissimo ligno: aut forte ex marmore: ⁊ argētū vetus.i. veteris celature: vel a vetere ⁊ laudato artifice sculptū: vel reuera vet⁹ quia argentū quo veterius eo melius: ⁊ caprū.i. signū capri stantē extra pocula.i. eminentē vel signū eminēs in exteriori parte poculi qd̄ inaurari solet: vt tāgit Mācinellus. Quē patitur ⁊c. Affert alias causas indignationis sue ex quibus infert difficile esse satyram nō scribere dicēs Quem corruptor auare nurus: id est qui cohortatur eam vt sinat se violari et que facili assentit̄ quia auara: patitur dormire: id est non sollicitū esse de satyra scribenda: et quem sponse turpes id est infames ⁊ adultere. vel reuera masculi qui nubebāt viris vt sp̄ose patiūtur sup. dormire: et quē adulter pretextatus: id est puer nobilis adhuc imberbis qui vestitur scilicet pretexta patitur dormire: quasi dicat neminē: quia si natura negat versum: id est si quis nō est oīno natus ad carmen: tamen indignatio de tot sceleribus facit versum si non elegantē qualēcūq̄ potest: talem sup. quales versus ego supple facio: vel cluuien⁹ minus eruditus poeta ille facit. Credo iam omnia etiā mediocri ingenio fretis cōstare: sed quia imbecillioribus hanc operā nauo repetam pauca. Ceras capaces dicit: quia in tabulis ceratis antiquitus scribebāt potissimū carmina componētes vt delere possent. Quadriuiū est locus publicus quo quattuor vie cōcurrūt: eo aūt populus cōuenire sueuit publica carmina auditurus que vulgares poete cōposuerant. Unde in bucolicis. Nū tu in triuijs indocte solebas Stridēti miserū stipula disp̄dere carmen:

Aliquid

Gemma vda: id est madefacta ne cera adhereat. Nobiles em̄ ⁊ prediuites sigillū siue qđ vulgo dicūt signetū in gēmis insculpi fecerāt. Corruptor nurus videlicet socer. Causa vero ob quā nurū suam corrūpi velit nō est auaricia: quia tūc diceret corruptor auarus: sed lōge turpior quam calderinꝰ sic recitat. Uxores a viris coacte pueros molles in adulteria alliciebāt vt ijs deprehēsis viri abuterētur. Unde martialis ad gallū. Subdola famose moneo fuge retia meche Leuior o conchis galle cytheriacis? Idē alibi. Uxorē nolo thelesinā ducere: quare: Mecha est: sed pueros dat thelesina: volo. Eadē de causa dicit ⁊ pretextatus adulter. Nec vacat ꝙ dicit Nurus auare. quia cū vxor sit iam prouecta facilius nurus. i. vxor filij pueros allicit. Nec alliceret tamē cū non sit filia sed nurus vnde nō posset honeste cogi: nisi esset auara. Turpes sponse: id est masculi: Nā si meretrix nubat nō ob id erit turpis: id est inhonesta sponsa: quia honestior est ꝙ prius. Per transitū aūt tangit more satyrico ineptitudinē cluuieni in carmine. Quod aūt mutauit numerū dicens quales ego: metrū fecit. vel respexit ad pluralitatē: subaudit̄ aūt versus: quia qualis quātus quotus ⁊c. volūt cōformari cū sequēti. ¶ Addamus ad ea que mācinellus dicit ibi si natura negat. ꝙ poeta videt̄ imitari Uirgiliū in bucolicis dicentē. O mihi tam longe maneat pars vltima vite Spiritus. ⁊ quātū sat erit tua dicere facta. Nō me carminibꝰ vincet: nec thracius orpheus Nec linꝰ: huic mater: ꝙuis atqꝫ huic pater assit ⁊c. In quibus vergiliꝰ nō prefert se orpheo lino ⁊ pani: sed dicit se tam vberē habiturū materiā vt pulchritudine eius fretus nō possit ab illis vinci. Sic etiā iuuenalis nō dicit sibi negatū a natura carmē sed ꝙuis esset negatum dicit se posse versum cōficere ex indignatione tot scelerum: et ex vbertate materie. Unde subdit que sequūtur.

Ex quo deucalion nimbis tollentibus equor
Nauigio montem ascendit: sorteqꝫ poposcit
Paulatimqꝫ anima caluerunt mollia saxa
Et maribus nudas ostēdit pyrrha puellas:
Quicquid agūt hoīes: votū: timor: ira: voluptas:
Gaudia: discursus: nostri est farrago libelli.
Et quando vberior vitiorū copia? quando
Maior auaritie patuit sinus? alea quando
Hos aīnos? neqꝫ enim loculis comitātibus itur
Ad casum tabule: posita sed luditur arca.
Prelia quanta illic dispensatore videbis
Armigero? simplex ne furor sestertia centum
Perdere: et horrenti tunicam nō reddere seruo?

Man. ¶ Ex quo deucalion. sensus est quecunqꝫ vitiorū genera inualuere ex quo humanū genus reparatum est: libelli nostri materia fiet
Deucalion Deucalion: deucalionis et pyrrhe tēporibus vt narrat Ouidiꝰ libro primo met. aiunt diluuiū per vniuersā terrā fuisse: quūqꝫ ipsi duo tantūmodo: quia optimi restitissent: vecti scilꝫ parua rate in parnassi montis phocidis cacumina nā cetera texerat equor: Themidis oraculo ducti lapides post tergum iecerūt: inqꝫ breui spatio superorū numine saxa missa viri manibus faciem traxere virorū: Et de femineo reparata est femina iactu: Inde genus durum sumus experiensqꝫ laborū: Et documēta damꝰ qua simus origine nati: Ueritas tamē alia est: Nam vt iustinus libro scđo scribit. Amphithe onis athenarū regis temporibus aquarū illuuies maiorem grecie partē absumpsit: supfuere: quos refugia montiū ceperunt aut q̄ ad regē thessalie Deucalionē ratibus euecti sunt: a quo propte-
Nimbus rea genus humanū conditū dicitur. Nimbis: nimbi proprie dicūtur repentine ⁊ p̄cipites pluuie: plerūqꝫ tamen ventos significant: aliquando nubes: ita demū vt locus sumit intelligatur. Ser. Et hyrcius libro quinto de bel. aph. sic: Circiter vigilia secūda noctis nimbus cū saxorum grandine subito est exortus ingens: In exercitū videlicet cesaris. Apuleiꝰ itē libro de mūdo ita:
Imber Imber pluuia iugis est. Nimbus vero quanto repentinior est: tanto vehemētior. ⁊ quanto improuisior ⁊ precipitatior ē: tāto breuiore casu restinguitur. Nimbis: id ē repentinis pluuijs: ait enim libro primo met. Ouidiꝰ. Pena placet diuersa: genus mortale sub vndis perdere: ⁊ ex om
Anima quid ni nimbos demittere celo. Nauigio: parua rate. Sortes: oracula. Anima caluerūt; id dixit: qm̄

vti Macrobius libro primo de son. scribit: hipperchus dixit animā esse ignē. Parmenides et
terra ⁊ igni. Betus ex aere ⁊ igne. Epicurus speciē ex igne ⁊ aere ⁊ spiritu mixtam. Hypocra
tes vero spiritū tenuem per corpus omne dispersum: Animus deniq; proprie mens est: quā di-
uiniorem anima nemo dubitauit: sed non nunꝙ sic et animā vsurpantes vocamus. Idem au-
ctor est: ⁊ Cicero libro primo tusc. Quicquid agunt homines. Animi perturbationes denotat:
que sequūtur enim sunt motus animi rationi non obtemperātes: de quibus late in tusc. quest.
Cicero. Hoc preterea loco Iuuenalis proponit: diximus eni3 satyricos poetas longiori ꝓcessu
proponere agenda sibi. Uotum. Cupiditas: que velut Cicero scribit libro tertio tusc. est immo-
derata appetitio opinati magni boni rationi nō obtemperans. Et Seneca epistola .xlv. inquit — Cupiditas
optamus cōtra id quod optauimus: pugnant vota nostra cum votis: consilia cū cōsilijs. Timor: — Timor
is metui subijcitur: ait enim Cicero libro quarto tusc: ꝙ sub metū subiecta sunt pigritia: pudor: — Pauor
terror: timor: pauor: exanimatio: conturbatio: formido. Timorem dixit metum esse mali appro- — Metus
pinquātis. Pauorem vero metū mentē de loco mouentē. Metum aūt rerū absentiū esse: Pre- — Ira
sentiū egritudinē. Ira: ostendit Cicero libro quarto tusc. ꝙ ira libido est: puniendi eius qui vi- — Odium
deatur lesisse iniuria. Odium vero ira inueterata est. Uoluptas: voluntas est: que quid cum ra- — Uoluntas
tione desiderat: Uoluptati subiecta sunt maliuolentia: letans malo alieno delectatio: iactatio: — Uoluptas
et similia. Cicero libro quarto tusc. Apuleius libro .vi. scribit: Uoluptatē filiam esse cupidinis: — Gaudium
et psyches puelle mylesie: plura tamen diximus de voluptate sat. vi. ibi. nam quātula nostra vo-
luptas. Item plurima sat. xi. in fine. Gaudia: gaudiū dicitur quum ratione animus mouet̄ pla
cide atq; cō stanter. Quū autem ⁊ inaniter ⁊ effuse animus exultat: tū illa letitia gestiens vel ni
mia dici potest. Cicero libro .iiij. tusc. Gellius vero libro .ij. c. xxvij. sic ait. Siquidem letitia dici — Letitia
tur exultatio quedam animi gaudio efferuentiore euentu rerū expetendarū. Discursus: varius
itus ac reditus. Farrago: id est diuersa materies: farrago enim appellatur id quod ex plurib⁹ — Farrago
satis pabuli causa datur iumentis: auctore festo. Et quādo huberior vitiorū copia. Indignatio
ne poeta exclamans ad satyram scribēdam se cogi omnino ostendit. Uitiorum: prauitates ani- — Uitia
mi recte vitia dicuntur: vt inquit Cicero in parad. Auaritie: est auaritia opinio vehemens de — Auaritie
pecunia: quasi valde expetenda sit inherens ⁊ penitus insita Cicero libro .iiij. tusc. Alea: ludus
est tabule: vbi quidem fraus mendaciū: periuria: odiū: damna rerum continue insunt: hinc ali-
quando interdicta legibus fuit. Loculis: crumenis ⁊ bulgis. Casum. fortunā. periculum. Posi-
ta a rca. Horatius libro primo epistolarū inquit: Nec lusisse pudet: sed non incidere ludū. Et Ci
cero libro primo officiorꝫ. Ludendi etiā est quidā modus retinēdus: vt ne nimis omnia profun — Ludendi mo-
damus elatiq; voluptate in aliquā turpitudinē delabamur. Prelia: pugnabit enim cum seruo — dus
herus amissa pecunia volens eius tunicam vt ludat eripere: quod sequentia indicant. Dispen-
satore supple cum. Dispensatore: id est cum Economo: Est enim economos tam pecunie ꝙ fru-
gum ⁊ omniū que dominus possidet dispensator: de quo hieronymus in homelia post penteco — Economos
sten. Utq; fabius libro tertio meminit. Economia grece appellata est cura rerum domestica-
rum. Armigero: est armiger qui in prelio gerit tela domini sui: vt scutum ⁊ arcum: vt lanceam — Economia
⁊c. huiusmodi: hic vero ironice armigerū appellauit seruū qui alee tabulas tulerat. Sestertia: — Armiger
Sestertius nūmus duarū librarum ⁊ semis: de quo Aruntius hec ait. Sestertius olim dypon — Sestertius
dius ⁊ semis: quasi semis tertius Priscianus de numeris. Dicitur autem sestertium ⁊ sesterti⁹
Suetonius in cesare in italia non vltra quingenos sestertios remisit. Horrēti seruo: id est dis-
pensatori vel seruo alicui suo algore trementi. per quod etiā serui tunicam perdidisse ostendit.
Tunicam: tunica proprie vestimentū erat: sine manicis auctore Nonio: hinc Maro illud argu — Tunica
it. Et tunice manicas ⁊ habent redimicula mitre Gellius libro septimo caplo .xij. scribit: ꝙ viri
romani primo quidē sine tunicis toga sola amicti fuerunt: postea substrictas ⁊ breuis tunicas
circa humerū desinentes habebant sine manicis. — Ascne.

¶ Ex quo deucalion ⁊c. Ostendit ꝙ facile sit satyrā scribere p̄sertim tēporib⁹ suis: qr vberri-
mā farraginē. i. materiā ex multis diuersis vitijs accumulatā q̄ satyre debet̄ nūc quilibet habe
re potest. Nam satyricus potest taxare oīa vitia a diluuio deucalionis vsq; ad tēpora sua: ⁊ ita si
nulla vitia nunc committerentur non deessent argumenta satyre: et insuper tanta nunc est in-
quit copia vitiorū vt maior neq; vnꝙ fuerit: neq; futura sit. Ordo est. Uotū: id est desideriū bo-
ni futuri. Timor. i. metus de malo futuro. ira: de iniuria illata. voluptas: de delectabili p̄nti. gau
dia discursus. i. quęuis alie cōmutationes ⁊ perturbationes animorꝫ: imo q̄cq̄d hoīes agunt ex
eo tempore quo deucalion ascendit nauigio montem parnasum ⁊ hoc nimbis id est aquis ⁊ vē-

tis tollentibus. i. eleuātibus:equor id est mare prius equum.⁊ poposcit.i.exquisiuit a dea the-mide:sortes id est responsa quomodo reparare posset genus humanum:q; pro et ⁊ saxa mollia id est mollificata ⁊ in carnem versa:caluerunt id est calida hoc est viuentia facta sunt:paulatim anima id est spiritu vitali:⁊ pyrrha coniunx deucalionis ostendit maribus id est masculis nat[is] ex lapidibus proiectis post tergum ab ipso deucalione:puellas id est femellas nudas ⁊ produ-ctas ex lapidibus a se iactis:totum inquam illud est farrago id est accumulata ⁊ vndiq; conge-sta materia libelli nostri:id est compositionis modice cuiuslibet satyrici.Non enim de se tantū loquitur sed de quocunq; satyrico.Utitur autem diminutiuo aut pro primitiuo: aut quia respe-xit:ꝙ satyrici in vna re non persistent:sed de vitio in vitium saliant more satyrorum. Et cum ita sit ꝙ de quocunq; vitio scribere possumus: quando sup.fuit:vel ab eo quod sequitur: quando patuit:vberior id est maior copia vitiorum q̄ supple nunc? quasi dicat nunq̄ ⁊ quando sinus id est receptaculum auaritie patuit maior id est extensior q̄ nunc? q.d.nunq̄ ⁊ quando alea id est ludus alee patuit maior q̄ nunc. Neq; enim itur id est iam vulgo progreditur:ad casum ta-bule id est ad ludum fortuitum in tabula vbi alea vel talo luditur:⁊ hoc loculis id est crumena ⁊ vt dicunt bursa comitantibus id est insequentibus hos: id est hmōi tam auaros animos:sed lu-ditur scʒ a plerisq; arca posita id est deposita ad ludum? Quanta. id est q̄ magna.q.d.maxima prelia id est maximas rixas ⁊ concertationes:videbis id est quilibet qui illic erit videre pote-rit. Ponitur enim secūda persona pro quauis:⁊ indicatiuus pro optatiuo aut subiunctiuo.hoc est videbis pro quiuis videat illic id est in illo ludo:sup.cuʒ dispensatore armigero id est qui ge-rit arma dn̄i sui.vel dispensatore existente armigero ⁊ dicente. Est ne simplex.id est modicus fu-ror q.d.minime:imo multiplicissimus furor est te perdere in ludo alee centuʒ sestertia.id est cē-ties duas libras ⁊ semis. Sestertius enim vel sestertium est nummus qui olim erat dipondi-us id est duorum pondo vel duarum librarum ⁊ semis. Consuetudo em̄ romanorum sicut ⁊ alio-rum quorundaʒ adhuc est:erat semis preponere ⁊ significabat dimidium deesse ei quod seque-batur vt semistertius ⁊ per sincopā sesterti[us]. Et non reddere id est non dare accipiendo com-positum pro simplice.vel non reddere id est non restituere(eo ꝙ tunicam suam domino prestiterit seruus amissa tunica eius) Vel non reddere.i.non persoluere quaʒ promisisti ⁊ debes mi-hi seruo tuo horrenti id est frigore contremēti:tunicam id est interiorem vestem qua carere nō possum. Vel legamus gn̄aliter. Est ne simplex furor quēuis dn̄m ꝑdere centū sestertia et nō reddere seruo horrenti tunicam.q.d.minime simplex est:imo q̄ maxime multiplex.⁊ intelligi-tur. Id tamen mihi facis. Horrere est aut subito timore aut frigore quodāmō tremere.vnde Persius. Scis comitem horridulum trita donare lacerna. Repetamus nunc pro imbecil-lioribus pauca vocabula. Ex quo.i.postq̄ vel post quod sup.tempus.sicut dicimus ex illo id est post illud sup.tempus.⁊ ex meridie fit vespera id est post meridiem. Non enim dicit circunstā-tiam cause materialis. Nimbi videntur nubes ventis permixte in aere sicut procella in aq̄s ⁊ ita pro vtrisq; accipitur. Equor dicitur ab equalitate:⁊ ita etiam terra equa id est plana et non aspera equor a Virgilio appellatur:erat ergo equor priusq̄ nimbi tollerent id est eleuarēt Nam tollere etiam educare significat vt in Terentio:quicquid peperisset decreuerunt tollere Sortes in hac significatione singulari caret:⁊ est genus diuinationis: sed hic accipitur id qđ precessit pro eo quod secutum est. Nam themis ex sortibus responsa dedit:⁊ ea poposcit deuca-lion. Paulatimq; aīa.quidam animis:quidam animas legunt: sed repperi in bonis codici-bus anima.⁊ venit caluerūt a calesco non a caleo.vt docet significatio. Valla auteʒ nequid er-res docet in sco nō carere preteritis:sed ea vsurpare a perfectis siue primitiuis:salua significa-tione ipsorum in sco.que non est connotare incoationem ſm eum:sed passioneʒ intrinsecus ꝓ-uenientem:caluerunt ergo id est intrinsecus id est a vertute intrinseca calida facta sunt:vtpote anima id est per aīam:saxa mollia id est iam mollificata ⁊ quasi in carnem versa. Et marib[us] iam ex deucalionis lapidibus formatis:ꝑ quod innuit(quod etiā sacra scriptura attestatur) vi-rilem sexū ante femininū ꝓductū esse: ⁊ femininū in adiutoriū ⁊ solatiū masculini datū:⁊ ideo ostendit marib[us] puellas:nudas aūt q2 iā recēter ꝓductas. Nudū est qđ nūq̄ tegit̄: nudū autē erāt tecte. Nudatū vo qđ coepit̄.vn̄ facies dicet̄ nuda ⁊ caput nudatū. Alea aliqn̄ accipit̄ pro dubio euētu. Ut hic est extra aleā belli aut inuidie.i.extra piculū cōstitut[us]. Bene dicit itur: ꝑ vbū impsonale:qđ vt docet huius gn̄alitatē importat.q.d.ab oib[us] fere. Armiger nō est vir bel-liger:q̄ in armis bella gerit:sed minister ei[us] qui vbi pugnādū nō est gerit arma quedā vt hastaʒ ⁊ galeā ⁊ similia:lusuri aūt curabant adesse armigerū ne a perdentibus obruerentur.

Quis totidem erexit villas:quis fercula ſeptem
Secreto cenauit auus?nūc ſportula primo
Limine parua ſedet turbe rapienda togate.
Ille tamen faciem prius inſpicit:et trepidat ne
Suppoſitus venias:et falſo nomine poſcas.
Agnitus accipies:iubet a precone vocari
Ipſos troiugenas:nā vexant limen et ipſi
Nobiſcum:da pretori:da deinde tribuno.
Sed libertinus prior eſt:prior īquit. ego adſum.
Cur timeam dubitem ve locum defendere:q̄uis
Natus ad eufratē?molles quod in aure feneſtre
Arguerint:licet ipſe negem.ſed quinq̄ taberne
Quadringēta parāt:quid cōfert purpura maius
Optandum?ſi laurenti cuſtodit in agro
Conductas coruinus oues:ego poſſideo plus
Pallante:et licinis.expectent ergo tribuni:
Vincant diuitie:ſacro nec cedat honori
Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis
Quandoquidem inter nos ſanctiſſima diuitiarū
Maieſtas: etſi funeſta pecunia templo
Nondū habitas:nullas nūmorū ereximus aras
Vt colitur pax:atq̄ fides: victoria:virtus:
Queq̄ ſalutato crepitat concordia nido.
Sed cum ſummus honos finito computet anno
Sportula quid referat:quantū rationibus addat
Quid facient comites quib⁹hinc toga: calce⁹hic ē
Et panis::fumuſq̄ domi?denſiſſima centum
Quadrantes lectica petit:ſequiturq̄ maritum
Languida vel pregnans.et circumducitur vxor.
Hic petit abſenti nota iam callidus arte:
Oſtendens vacuā et clauſam pro cōiuge ſellam:
Galla mea eſt inquit:citius dimitte:moraris?
Profer galla caput:noli vexare:quieſcit.

¶Quis totidē erexit villas. Nimiam rusticanorū carpit impenſam edificiorum. Quis:auus bis repetatur. Quis fercula ſeptē.priuate gule luxuriā arguit. Septē fercula:id eſt ſeptē iura. Dicitur autē ferculū a ferēdo: Priſciano teſte. libro.iiij.per qđ vas ipm epularū proprie intelligitur:hic vero iura accipimus. Secreto cenauit au⁹ ſecreto.i.intra edes. olim enī intra edes cenabant magno luxu. hinc multe leges de cenis ⁊ ſumptibus ad populū ferebantur. Et imperari cepit: vt patentibus ianuis pranſitaretur:⁊ cenitaretur Sic oculis ciuiū teſtibus factis luxurie modus fieret. Auctor in his eſt Macro.lib.iij.ſat. Eſt aūt Iuuenalis ſenſus:ꝙ quāuis antiqui illi luxuriarētur:nullus attamē fercula ſeptē cenabat: vti ſuo ſeculo agebatur. Valerius item lib.ij.ait:ꝙ maximis viris prandere et cenare in propatulo verecūdie nō erat:nec ſane vllas epulas habebāt: quas populi oculis ſubijcere erubeſcerēt. ¶Nūc ſportula. Indignatur poeta ꝙ etiam nobiles ac diuites:et magiſtrat⁹ ſportulā captēt:que quidē in ſeruorū et pauperū ſalutantiū vſum fuerat inſtituta. Nunc: nunc ait: quādo.ſ.Nero rectas cenas ad ſportulas reuocauerat. Sportula parua. Martia.ait li.iij. Cētū miſelli iam valete quadrātes tot enī dabat ſportula. Et lib.x. Sportula nos iūxit quadrātibus aridacentū. Vtq̄ Aſconi⁹ ſcribit li.ij. Verrinarū: ſporte: ſportule ſportelle munerum ſunt receptacula: hic deniq̄ paruā ipſius receptaculi quātitatem nūmoꝝ intelligimus:⁊ quia parua ꝓpterea q̄ſq̄ primus eſſe optabat:vti etiā tēpeſtate hac romani gymnaſij lectores agūt: nouiſſimi nāq̄ inanes redeūt ſemꝑ.hinc illud:beati primi. Turbe rapiēda togate: id eſt ab ſeruis ⁊ pauperibus. Mar.libro.iij. Exigis a nobis operā ſine ſine togatā Non eo:libertū ſed tibi mitto meū. Erat enī toga vilio

Man.

rū vt iam ostendimus. Ille tamen: qui scꝫ sportulam diuidit. Suppositus pro altero positus ac
Nomen missus. Falso nomine. alicuius. s. alterius grā. Nomen aūt est qđ vnicuiqꝫ persone attribuitur:
vt inquit Cicero li. i. rheto. vete. Troiugenas. romanos insignes a troianis oriūdos. Da preto
Preto ri: verba sunt ipsius pretoris querētis sportulam. Pretor aūt dictus qui preiret iure ⁊ exercitu
auctor est Uarro. Creabatur aūt ex patribus pretor. Dictusqꝫ pretor vrbanus: quia inter vrba-
nos ius diceret. qđ quidē ius honorariū ob ipsius honorē vocabatur. Postea pretor alter crea-
tus est: qui qm̄ inter peregrinos cognoscebat peregrin⁹ appellat⁹ est. Festus vero ait: ꝙ initio
pretores erāt qui nūc cōsules: ⁊ bella administrabāt. Uidero tamē plura in satyra. x. Da deinde
Tribunus tribuno: ipsius tribuni petētis verba sunt. Tribuno: Erat tribunus plebis: qui plebē defende-
ret: erat itē tribunus militū. Utqꝫ habetur digestis de origine iuris. ab plebe creati sunt tribu
ni. ⁊ sic dicti: quia tūc in tris ptes populus diuisus erat: qui ex singulis singuli creabantur tri-
buū suffragio scꝫ Tribunoꝝ vero militariū officiū: vt est digestis de re militari: vel eoꝝ qui ex
ercitui presunt: Erat milites in castris cōtinere: ad exercitationē producere: claues portarū sus
cipere: vigilias interdū circuire: frumētationib⁹ cōmilitonū interesse: frumētū prebere: mēsu-
re fraudē coercere: delicta sm̄ suā auctoritatē his modis castigare: querelas cōmilitonū audi
Domitiani officia re: valitudinarios inspicere ⁊c. Interdū vero. xx. fuerūt: interdū plures: nōnūꝙ paucio res. Sꝫ
libertinus: sua tēpora notat. Suetonius eī̄ de Domitiano sic ait. Quedā et maximis officijs
inter libertinos militesqꝫ romanos cōicauit: hic vero Crispinus intelligendus: de quo supra.
Libertinus Libertinus aūt dicebatur ingenuus procreatus e manumissis. Unde Suetonius in Claudio
inquit. Ignarus tēporibus appij: ⁊ deinceps aliꝙdiu libertinos dictos non ipsos: qui manu-
mitterētur sed ingenuos ex ijs procreatos. Fabius vero lib. vij. ait. Seruus cū manumittitur
libertinus. Libro etiā scđo institutionū de libertinis sic scribit: libertini sunt qui ex iusta serui
tute manumissi sunt. Locū: quē primus cepi: nā et superius prior inqt ego adsum. Euphratem:
per hoc seruilē intelliges cōditionē: ex assyrie aūt mōtibus: ⁊ qui potissimū ad orientē conspi-
Euphrates. ciūt: Euphrates amnis clarissimus erūpit: lōgo deinde discursu mediā inūdat babylonē: postre
mo in persicū mare celeri cursu dilabitur. Auctor est Dionysius. Molles: mollicié quandā de
In auribus aurum signātes. In aure fenestre. in oriente eī̄ vt Pli. scribit. Uiri decoris gratia in auribus aurum
gestabāt. Nūc aūt hebree femine in latio etiā ferūt cū gēmis. Et superiori etate mea in patria
christiane mulieres. extant eī̄ adhuc foramina in auribus habētes: quarū vna ē mea socrus: q̄
Taberne quinqꝫ eadem ⁊ nouerca. Arguerint: ostēderint. Quinqꝫ taberne: postꝙ se ab genere extollere nō po-
tuit: ab pecunia ⁊ diuitijs se iactat: ⁊ censu equestri. Liuius preterea scribit ꝙ arserunt circa fo
rum taberne: que olim septē suo tēpore quinqꝫ dicebātur ponūtur hic pro foro vicinis domib⁹:
vnde pensio sibi dabatur. Idem Liuius libro sexto tertie decadis de Annibale vrbē obsidente
ait: ꝙ vocato precone tabernas argētarias: que circa forū romanū tunc essent iusserit venire.
Quadringenta. i. censum equestrem: qui quadringentis sestertijs continebetur Tyberij edicto
vt docet Pli. Cōfert: dona affert. Purpura. i. equestris dignitas: que designat vestibus purpu
Laurentum reis ⁊ anulo. Si: si quidē. Laurenti agro. Erat laurētū oppidū ꝑpe lauiniū antiquo in latio: de
Cēsus eqstris quo Strabo lib. v. sunt preterea magna illic cāpi equora ⁊ pascuis apta. Utqꝫ Liuius libro pri
Pallas libertus mo ostēdit. Lauinij quoqꝫ incole laurentes dicebātur. Cōductas: non ꝓprias: sed alienas. Cor-
uinus: nobili genere natus ex coruina scꝫ domo. Pallāte. Suetonius scribit pallātem Claudij
Narcissus libertus libertū fuisse ⁊ Narcissum: quos decreto quoqꝫ senatus nō premijs modo ingētibus sed et que
storijs pretorijsqꝫ ornamētis ornari libēter passus est: tātū preterea acquirere ⁊ rapere. vt que
rente eo quōdam de fisci exiguitate nō absurde sit dictū abūdaturū si ab duobus libertis in cō
sortiū reciperetur. Tacitus etiā lib. xij. scribit pallantē Claudij libertū fuisse: eiusqꝫ auctoritate
adoptionē in Domitiū. i. neronē festinatā. qui obstrictus agrippine vt cōciliator nuptiarū ipsi-
us scilꝫ agrippine ⁊ Claudij ac mox stupro eius illigatus stimulabat Claudiū consuleret reipu.
Britannici pueritiā robore circūdaret ⁊c. Subdit itē Tacitus eodē libro xij. Claudiū pallāti
pretoria insignia: ⁊ cēties q̄nquagies sestertiū cēsuisse. scribit etiā pallātē ipm̄ sestertij ter mil
Licini lies possessorē fuisse. libro vero. xiiij. ait Neronē veneno interfecisse pallātē ꝙ immēsam pecu-
niā lōga senecta detineret. Licinis: plurali est vsus. qm̄ plures hoc noīe dites fuere. fuit eī̄ li-
cinus cesaris libert⁹ quē postea August⁹ curationi galliarū preposuit ⁊ eas spoliauit: qđ ꝓbus
scribit vt aiūt. Idqꝫ Tranquillus asserere videtur. ait eī̄ de Augusto sic. Multos libertoꝝ in
honore ⁊ vsu maximo habuit: vt Licinū Enceladū aliosqꝫ: Dictus itē vt scribūt habuisse cāpos
q̄tū milui volāt: hinc Persius: Nūc licini in cāpos: nūc crassi mittit in edes. fuit ⁊ licinorū do-

mus inclita et diues. Plinius lib.ij.epla ad Marcū ita ait: de Plinio.f.auūculo suo. Referebat ipe potuisse se quū procuraret in hispania vēdere bos cōmētarios laertio licino quadringētis milibus nūmū rc. Et Tacitus li.xiiij. Licinū gabulū pretura functū scribit. Et li.xv. Marcum licinuz cōsulē. Et li.xvij. Licinū proculū Othonis familiarissimū atqz pretorij prefectum. Ergo quū diuitijs affluā. Uincāt diuitie: cū indignatione exclamat poeta. Horati⁹ quoqz sat.iij.li.ij. sic ait. Ois em̄ res virtus fama decus diuina humanaqz pulchris diuitijs parēt: quas q̄ cōstruxerit: ille clarus erit fortis iustus sapiens etiā rex. Sacro honori: sacris pretoribus tribunis. Pedib⁹albis.i.argētea creta illocreatis: p qd̄ venalē fuisse ostendit. Pli.em̄.lib.xxxv.capite vero penultimo ait: qp alia creta argētaria appellat: nitore argēteū reddēs.est et vilissima q̄ pedes venaliū trās'mare eductoꝝ denotare instituerunt maiores. Maiestas: amplitudo ac dignitas. Nā Cice.li.ij.de oratore ait. Si maiestas est āplitudo ac dignitas ciuitatis: is eā minuit: q̄ exercitū hostib⁹ populi ro.tradidit. Funesta pecunia: dicebat Socrates laertio teste. Opes atqz nobilitatē nō solū nihil in se habere honestatis: Uexꝝ et malū oīe ex ijs oboriri. Et Iuuena.sat.x. Sed plures nimia cōgesta pecunia cura strāgulat: et cūcta exuperās patrimonia cēsus. ¶ Pax Uespasianus tēplū pacis foro proximū fecerat: auctor est trāquillus. Fides: fides est firma opinio: vt docet Cice.in ptitionib⁹. Et seneca epla.lxxxix.inqt.fides sanctissimū humani pectoris bonū est: nulla necessitate ad fallēdū cogitur: nullo corrūpit premio. Ure inqt occide nō prodā Liuius preterea li.i.scribit Numā pompiliū fidei solēne instituisse: ad qd̄ sacrariū flamines bigis curru arcuato vehi iussit: manuqz ad digitos vsqz inuoluta rē diuinā facere: significātes fidem tutandā: sedēqz eius etiā in dextris sacratā esse. Cicero aūt in li.de.n.d.scribit fidē in capitolio'edificatā proxime.a.M.emilio scauro: ante aūt ab Attilio collatino erat fides cōsecreta. Uideto etiā sat.xiij.in principio. Uictoria: victorie tēplū in palatio fuisse ostēdit Liui⁹li.viij.de scdo bel.pun. Uirtus: virtus est affectio animi cōstās: cōueniēsqz laudabiles efficiēs eos: in q̄bus est. Tul.li.iiij.tusc.et li.v.ait. Bonū aūt mētis virtus est: ergo hac beatā vitam cōtineri necesse est: hinc oīa que pulchra honesta p̄clara sunt virtuti ascribunt. Uirtuti aūt et honori Marcellus separatis edib⁹simulacra statuit: vt Ualeri⁹li.i.ostēdit. Liuius aūt li.xxix.sic ait. Edē virtutis eo anno ad portā capenā. M.Marcell⁹dedicauit: septimodecimo anno postea qp a patre ei⁹primo cōsulatu vota in gallia ad Clastidiū fuerat. Atqz Cice.li.ij.tusc.ait. Uirtus ex viro appellata est. Uiri aūt ꝓpria virt⁹maxime est fortitudo cui⁹munera duo maxima sunt mortis doloris qz cōtēptio. Diximus et plura in sat.viij.ibi. Nobilitas sola est atqz vnica virtus. Salutato crepitat cōcordia nido. cōcordie tēplū liuia drusilla cōstituerat: vt scribit Naso li.i.fast. Tyberi⁹ vero eius fili⁹dedicauit. Unde Suetoni⁹ ait. Dedicauit et cōcordie edē. Crepitat: alludit ad Ciconiā cōcordie dicatā: sub cui⁹forma colebat. Solinus capite.xxxvij.scribit qp eximia inest ciconijs pietas: etem̄ quātū tēporis impēderint fetib⁹educādis: tātū et ipe a pullis suis inuicē aluntur: ita em̄ impēse nidos fouēt: vt incubit⁹assiduitate plumas exuāt: et sonū quo crepitāt oris potius qp vocis esse idē ait. Politianus vero vir hac tēpestate et grece et latine eruditissim⁹ cornicē potius qp ciconiā accipit: ductus vt inqt heliani greci scriptoris testimonio: q̄ libro de aīalibus tertio. Cornices inqt inter se fidissime sunt: et quū societatē coierint maximo se ope diligūt. Neqz id gen⁹aīalia videat quispiā licēter misceri et temere: quin hoc quoqz dictitāt: q̄ res istiusmodi callēt: altera extincta cōparē viduā degere: Ceterū id quoqz audio: Ueteres in nuptijs post hymeneū cornicē inuocare: signūqz id cōcordie dare ijs cōsuesse. qui liberū querēdoꝝ grā cōuenissent. Tum qui sedes auiū et volatus obseruāt in auspicatū esse captātib⁹ auguria dicūt: Uni⁹ tantū cornicis obsequiū. Sic helian⁹. Sed et numismatis aureis duobus faustine Auguste manifestā prorsus imagūculā nup sibi laurentiū Medices ostēdisse cū titulo ipo cōcordie idē politianus ait. Placet igitur vt de cornice intelligatur: Nec displicet etiā de ciconia intelligere ꝓpter illud crepitat salutato nido: nā illius nature vt ostēdimus id conuenit. Nec absurdū videri pōt: et ciconiā et cornicē cōcordie dicatas. Sed quū summ⁹honos: p̄toꝝ auaritiā carpit: quoꝝ q̄ dē honos sūmus erat: tātū etem̄ aucta erat p̄toris auctoritas vt qd̄ pretor ipe edixisset ob ipsius honorē: ius honorariū vocaretur. hinc et Ouidius li.i.fast.ait. Uerbaqz honoratus libera pretor habet. Atqz ostēdimus etiā auctoritate festi. Initio pretores'erāt: qui postea cōsules: et bella administrabāt. Preterea de honore Cice.de claris oratorib⁹sic ait. Honos premiū est virtutis iudicio studioqz ciuiū delatū ad aliquē q̄ eū sentētijs et suffragijs adept⁹est. Is mihi et honest⁹et honorat⁹videt. Comitem: diuitū cliētes. Dēsissima: multis stipata ac plena erāt em̄ in ea viri et vxores ac filij: hic ait seqturqz maritū. Seqtur maritū. Noua captāde sportule ars exprimitur.

Diuitie
Creta argentea
Maiestas
Pecunia
Pax
Fides
Uictoria
Uirtus
Fortitudo
Cōcordia
Cornices
Pretor
Honos

Ascen.

¶ Quis totidem erexit villas? Taxat luxuriam.i.supfluitatem romanorum in extruēdis vil
lis.i.domibus rusticis. Villa em̄ non est vt Galli dicunt vrbs aut oppidum, sed queuis domus
in agro posita. Item taxat luxuriam cenarū: ⁊ impudētiam in sportula petenda. Id em̄ etiā
hodie contingit vt q̄ ꝓdigaliter ⁊ imodeste sua cōsumūt ac ꝓfundūt: aliena impudēter petant:
sicut is de quo Salustius. Profusus sui: appetens alieni. Sed nc quis duriusculus licet manci
nellus apte dicat adhuc ignoret q̄d sit sportula: altius repetam. Romani preter ceteros morta
les glorie ⁊ honorum cupidi vt multis noti ⁊ conspicui essent: constituerūt clientibꝰ ⁊ familiari
bus q̄ prima luce venirent se salutatū: ⁊ salutatos deducerent in forum centenos quadrantes:
quos in sportula asseruari iusserunt. Nā et sporta ⁊ sportella ⁊ sportula receptaculū ē elemosyna
rū seu munerū: sed accipiendo cōtinens pro cōtento pro munere ipso accipit: sed ceperūt diui-
tes ꝓ sportulis rectas cenas dare. Nero aūt constituit vt centū quadrantes ⁊ non cena recta.
id est plena daretur. Vñ duabus primis horis diei occupati erant in salutandis diuitibꝰ sicut di
cit Martialis. Prima salutātes atq̄ altera suscipit hora. Ceperunt em̄ ditissimi quiq̄ salutato
ribus suis ampliora munera dare. Unde multi diuites prima luce ditiores se salutatum ibant:
⁊ magna munera eripiebant e faucibus pauperū clientiū ⁊ familiarium: ⁊ eadem pro pte suis
salutatoribꝰ imptiebant: qd̄ egre fert poeta eo ꝙ nō habeant rationē dignitatis sue. Nam cū vi
lissimis hoībus libertine cōditionis sepe cōtendere ⁊ nōnunq̄ ab eis vinci nō erubuerūt. Cō
tra luxuriam.i.abundātiam ⁊ supfluā amplitudinē villarū que granaria aut possessionis a gal-
lis vocantur. erat lex censoria: vt dicit Plinius: pcipiens ne romani plus verrerent q̄ ararent
id est ne plus occuparent edificijs quoꝝ aream verrunt.i.scopis mundant ministri q̄ ararent.
Contra supfluitatem autē mensarū institutum erat vt publice cenarent: q: antiqui volentes
frugales haberi: comperti sunt in secreto ꝓdigaliter vixisse. Potest aūt textus hic dupliciter
legi. Aut ꝙ ipsi antiqui etiam in secreto quidā cenauerit: sed non tot fercula. Aut ꝙ ipsi nō in
secreto cenauerint vt nūc. Primo modo construit sic. Quis auꝰ.i.quis antiquoꝝ erexit totidē
villas vt sup. nūc erigūt. q.d. nullus. Quis auus.i.quis antiquoꝝ cenauit.i.cenando cōsumpsit
secreto.i.in loco occulto septem fercula.i.septē genera cibarioꝝ que seorsum afferūtur. vt nunc
sup. cenāt. quasi dicat nullus: q: licet quondā etiam in secreto cenauerūt: non tamē septē fercu-
la. Secundo modo sic. vt etiā dicat nullus: q: aui (licet ataui ⁊ ꝓaui forte in secreto cenauerit)
neq̄ in secreto cenauerūt: neq̄ tot fercula. Sportula.i.elemosina centū quadrantū parua.i.
exigua sedet.i.sita est nunc.i.post q̄ nero cenas rectas ad sportulas reuocauit: cuius cōtrarium
postea fecit Domitianus: sed id nondum fecerat: in p̄mo limine.i.in primo introitu domus: ne
intromissoꝝ litigia dño molestie sint: sedet inquam rapienda.i.violēter occupanda. turbe toga-
te.i.romanis qui nō salutabant neq̄ sportulā petebant: nisi togati essent: ⁊ ideo nobiles purpu
ra dimissa togam salutaturi accipiebant ⁊ postea dimittebant qd̄ cōqueritur Martialis dicēs
Quid faciam rome cui nō licet esse clienti: Dimisit nostras purpura vestra togas. Ille tamē:
quem noscis: videlicet balneator seu custos balneorum ꝫm Martialem inspicit priusq̄ det faci
em tuam: ⁊ trepidat.i.cum timore disquirit ne.i.vt non venias ad sportulā suppositus.i.clā lo
co alterius positꝰ: et poscas noīe falso.i.simulato et nō tuo: qd̄ tibi verum nomen est. Tu agnitꝰ
id est post q̄ fueris inspectus ⁊ bene notus: accipies sup. sportulā ⁊ nō prius. Turpe aūt merito
esset nobilem a balneatore: inspici ⁊ agnosci. Jubet autē balneator auctoritate dñi sui: ipos tro-
iugenas.i.nobiles romanos qui iactāt se de illis troianis qui cū enea in italiā ꝓfugi venerant
originē trahere: vocari a precone.i.a publico ꝓclamatore. Usque adeo eos nō puduit sportulā
petere: q: tamē hoc minus vero simile videtur: addit. Nā pro q: ⁊.i.etiā ipsi troiugene.i.a troia
oriūdi nobilissimi romani: vexant.i.pulsant ⁊ frequētant cum molestia nobiscū.i.sicut ⁊ nos pau
peres: limen.i.illud trāsuersum in pede ostij vbi dictū est sportulam sedere. Vexant inquā limē
porrigētes manum ⁊ clamantes: pretor sic. Da pretori sup. sportulā suam. Deinde dicit tribunꝰ.
Da tribuno sportulā suā. Sed libertus alicuiꝰ diuitis vt Crispinꝰ ille de quo dictū est. Cū ius eē
putet ⁊c. em̄ pro q: q: est prior: ⁊ dr̄ per penthesim. Vl' lege potius sic. Sed libertinꝰ prior est.i.
sed ponamus ꝙ aliq̄s libertine cōditiones est prior: tūc ipse inquit. ego assum prior.i.ante pre
torem ⁊ tribunū: priori aūt debebat sportula: q: tamen verisimile est ꝙ debeat pretori aut tribu
no cedere: qd̄ illi potest etiam ab astantibꝰ dici: subdit ipē dicēs. Cur timeā aut dubitem defen-
dere.i.ꝓtegere meum locum quem occupo iure p̄uentionis: q̄uis sum sup. natus ad.i.iuxta eu
phratem.i.fluuium illū in mesopotamia ꝫm Georg. vel in capadocia ꝫm Calderinū. vñ quia tot
serui romā concesserant martialis cappodocas posuit ꝓ seruis dicens. Quid te cappadocum

sex onus esse iuuat. Uel sm Mancinellum in assyria: ꝛ oēs verū dicunt: q: ad omnes alluit eu-
phrates: ꝑpter dictum tñ martialis placeret Calderinus: nisi videret poeta de eodem loq̄ cuȝ
dicet egiptius atq; arabarches vnde intelligi placet de arabia. qđ. i. quaȝ rem. s. me natum esse
ad euphratem fenestre. id est aperture seu fissure in aure. i. quas habeo in auriculis meis mo-
re patrie: arguerint. i. ꝓbauerint arguendo mendaciū ꝯtradicentis: q̄uis. i. tametsi ip̄e. i. ego
met: negem. i. velim negare. q. d. ego egregie fateor sum libertine conditionis: potest aūt esse
vt is de quo loquitur poeta: aliquando ostentauerit fissuras auricularum ad gloriaȝ. q: illis ꝓ
bauerit se anteq̄ captus essȝ inaures siue auruȝ in auriculis gestasse quod ingenuitatis signū
est. Non est autem vt docet Laurentius valla. Auricula parua auris sed cartilago illa que emi
net ad aures: in qua erant fissure: non in aure. Libertinus vero sm eundem est adiectiuum ꝛ
absolutum. Unde nō debeo addere dum dico hic libertinus est: cuius sit: quia idem est: ac si di
cam. hic est libertine conditionis: ꝛ est tam manumissus q̄ ex manumissis natus. sed libertus
est substantiuum ꝛ relatiuuȝ. Nec plene ponit̄ sine correlatiuo aut subiecto eius: vt hic est liber
tus neronis. Et oīs libertus manumissus est. hic igitur. in aure dicit̄ pro auricula: et libertus
pro eo quod est libertinus diceretur: si legeretur. Sed libertus (eñi prior est) prior inquit ꝛc.
Unde docti legunt. Sed libertinus prior est ꝛc. Quia vero libertinus de vtroq; dici potest: et
speciale habemus pro manumisso: cepit quod Suetoni⁹ dicit generale illud pro altero capi vt
videlicet is libertinus dicatur qui patronum non habet: sed ex habente patronū hoc est ex ma
numisso natus est: sed redeo ad ordinem verborum. Sum igitur inquit libertine conditionis:
ꝛ ob eam inferior q̄ pretores ꝛ tribuni: ꝛ ceteri nobiles romani. sed quinq; taberne quas ego
scilicet possideo in foro: parant id est comparant mihi singulis annis siue quotannis quadrin
genta. sup. sestertia. i. censum equestrem per quem recipior in. xiiij. primos gradus theatri vt
postea dicetur. Quid optandum. i. int̄ ea que sunt optāda. purpura. id est nobilitas eorum qui-
bus conceditur purpura confert maius. i. accumulatius bonuȝ q. d. nihil cum et illis habeat ꝛ
honorem ꝛ diuitias. Non potuit poeta dicere magis propter metruȝ: magis enim corripit pri
mam. Nec latina lingua patitur duo adiectiua simul construi sine cōiunctione: ideo nō dixi qd
maius optanduȝ: sed diuisi. Si id est etsi. i. q̄uis coruin⁹. id est ille nobilis custodit in agro lau
renti. i. in antiquo latio terra fertilissima: oues conductas. id est alienas ad hoc conductas: vt
diues videretur: quod dictum est non ex sententia poete sed ex scōmate ꝛ irrisione petulantis
hominis ex seruili conditione. Quod si reuera ita intelligi placet ꝙ Coruinus custodiat: expo-
ne id est ꝙ faciat custodire: oues conductas dimidio lane ꝛ feture: quia coruinus quidē pascua
habuit pinguia: sȝ caruit ouibus: ꝛ ideo alienas ad equas portiones pascendas susceperat. licȝ
ergo ille inquit agruȝ sine pecore habeat. quid hoc ad me: ego possideo plus pallante. i. q̄ pal-
las ditissimus libertus Claudij. et licinis illis diuitib⁹. Quidā sequentē locum diuersis attri-
buunt: vt dicat libertinus ille qui hactenus locutus est. ergo cū ita sit ꝙ affluā diuitijs ꝛ sim di
tior etiā tribunis: tribuni expectēt donec sup. accepero: et sequentia dant poete. q: tamen oīa
dependent ad illud ergo quod illatiue seu continuatiue ponitur. mallē omnia poete dare: vt sa
tyrice concedat: quod maxime negandū censet. ergo si ita est ꝙ tu tam diues es: iustū est sup. et
hoc per ironiā intellige: vt tribuni expectent: et diuitie sup. vincant dignitatem: nec pro et nō
et ꝙ is qui venerat nuper. i. superioribus annis in hanc. i. in nostrā vrbem romanā: pedibus al
bis. i. gipsatis quod signū serui venalis est: non cedat. i. non det locū honori sacro. i. dignitati
tribunitie: que sancta et sacra. i. veneranda est. iustum inquā est. quandoquidē. i. quoniā ita est
ꝙ maiestas. i. summa dignitas diuitiarum sup. est sanctissima. i. maxime inuiolabilis inter nos
romanos scȝ. Etsi. i. q̄uis: o pecunia funesta. i. funerum causa plurima. nondum habitas. i. cole
ris: tēplo. i. ꝓhano vel edificio tibi sacrato: et q̄uis nullas. i. non vllas nō ereximus adhuc vllas
aras nummorum id est ad honorem nummorum: vt id est queādmodum pax colitur id est vene-
ratur et adoratur in templo pacis. atq; pro et fides colitur id est adoratur in tēplo fidei: ꝛ victo
ria in templo victorie. et concordia que crepitat id est ore suo (nam rostrum negant dici nisi fu
erit incuruum) crepitū seu sonitum facit: nido salutato id est dum nidus salutatur. Colebatur
enim in forma ciconie vel cornicis. vt bene recitat mancinellus. Sed cum summus honos. hic
iterum redit poeta ad castigandā ineptam petitionem sportule cum res vilissima sit: cū non cō
tineat nisi centum quadrātes: quibus prestabat vna cena recta. vnde Martialis postq̄ domi-
tianus instituit pro centum quadrantibus cenam rectam in sportulaȝ dari. inquit. Centum mi
selli valete quadrantes. Lautissima enī sportula non dabat nisi cētū q̄drātes vt hic dicit̄: vnde

idē Marti. Dat baiana mihi q̄drantes sportula centum: ⁊ tñ pretores et tribuni non hñtes rationem dignitatis sue tam auide petebant eas ac si res magna esset. Unde indignatur poeta dicens. Sed demus sup. ꝙ pro re magna liceat publico ⁊ nobili cū priuato ⁊ paupe controuersiam agere: tamen sup. nō licet pro sportula. quia cum ita sit ꝙ summus honos .i. summus magistratus computet quid .i. quātum pecunie sportula referat .i. reddat ei anno finito: ⁊ quātū addat rationibus .i. redditibus ⁊ ꝓuentibus siue vectigalibus solitis: hoc est cū nobilissimi annumerent sportulam ad diuitias suas: quid facient comites .id est sequaces ⁊ clientes qui comitantur gratia sportule .i. quātum illi poterunt habere: quibus sup. comitibus: toga .i. vestis exterior tegens interiora indumēta mechanicis forte artibus apta: est hinc .i. ex hac sportula: ⁊ calceus .i. indumentum pedum est hinc .id est ex alia: ⁊ quibus est hinc panis .id ē domui omne nutrimentū necessariuz: ⁊ fumus .i. omne quod necessariū est ad ignem seu decoctionē: hoc est cum clientibus (nō sunt autem clientes satellites siue apparitores gallice sergents: sed qui se fidei ⁊ tutele alicuius diuitis ⁊ potentis commiserunt) ⁊ comitibus seu familiaribus nihil detur nisi ex sportula: ⁊ tñ dominus computet sportulam inter redditus suos annuos: q̄d facient ipsi .i. quomodo poterūt viuere: quia lectica densissima .i. in qua fertur vir amplissim⁹ in dignitate: vel in qua fertur mulier egra aut grauida cum prole maxima: non petit nisi centū quadrantes .i. xxv. asses: qui si quadrantes tunc vocauerunt quos nunc quatrinos vulgus italicuz vocat: nō sunt nisi .xxv. albi minores monete gallicane. Quod autem debeat potius intelligi de lectica in q̄ ferūtur plurimi liberi siue infantes: patet q: dicit. ꝙ pro ⁊ vxor languida .id est egra: vel pregnans .i. grauida: sequitur maritum: ⁊ circūducitur .i. ducitur in circuitu: vt respiciatur eius miseria. hic .i. alius qui non habet coniugem presentem: vt tamen sportulam habeat petit absenti .i. pro coniuge absente: tanꝙ presens esset in lectica: ⁊ hoc facit callidus .i. subtilis ⁊ astutus: sed arte iam nota .id est cognita distributori. ostendens scȝ pro coniuge: id est loco cōiugis quā fingit esse in sella .id est in lectica in qua sedere posset: dicitur enī a sedendo sella quasi seda: sellam vacuam ⁊ clausam: ⁊ inquit cum quadam cōfidentia ad ipsum distributorē seu eleemosynarium: vt non fiat inquisitio. galla mea .i. vxor mea: sic vocata est sup. in hac lectica clausa: dimitte .i. da mihi portionem ⁊ sportulam meam: ⁊ sine me abire: quum autem id statiz non faceret balneator dispensans ait petitor: moraris id est detines me hic. Ille autē sciēs astutiam qua multos deprehenderat vacuas cellas aduexisse simulantes se coniuges aduehere: inquit. O galla profer .i. produc: ⁊ extolle caput sup. tuum. Ad quod maritus. o dispensator: noli vexare .i. molestare eam: quiescit .id est capit requiem post longam infirmitatem. Repetam⁹ pauca. Pedib⁹ albis .i. cretatis vel gipsatis: quod signuz est serui trāsmarini ⁊ venalis. Unde Ouidius. Nec tu quisquis erit capitis mercede retentus. Despice gipsati nomen inane pedis. Et tibullus. Barbara gipsatos ferre catasta pedes. Gipsum autem galli vulgo plastruz vocant: Funesta pecunia: que funerū sepe causa ē. vnde .iij. eniď. polidoruz obtrūcat: ⁊ auro vi potitur: quid nō mortalia pectora cogis Auri sacra fames. quid non cogis. q. d. ad nihil nō cogis. Et d꞉ funesta a funere: funus autē de funibus ceratis que cremātur dum cadauer ducitur.

Man.

¶ Ipse dies. Diuitū atq̧ nobilium notat auariciā: qui cū salutati fuissent postea comitati in forum diuersaq̧ loca: reducti ide domū: Clientes nō cibabāt: qd̄ quidē illi sparant: hinc lassi ⁊ ieiuni: vestibulis abibant. Hec ꝑfecto vera huius loci sententia est. Pulchro. irronia est .i. irrisio. Sportula. sportule tēpus .s. distinguit. prima enim ⁊ secunda hora salutabant sportule causa. Deinde forum: tertia hora iuris dicendi tempus distinguebatur: qua quidem causidici comitabantur reducti postea clientes non pascebāt vt dixim⁹.

Ipse dies pulchro distinguitur ordine rerum
Sportula: deinde forum: iurisq̧ peritus apollo
Atq̧ triumphales: inter quas ausus habere
Nescio quis titulos egiptius: atq̧ arabarches
Cuius ad effigiem: non tantum meiere fas est.
Uestibulis abeunt veteres lassiq̧ clientes:
Uotaq̧ deponunt ꝙꝙ longissima cene
Spes hoīm: caules miseris atq̧ ignis emēdus

Optima syluarum interea pelagiq̧ vorabit
Rex horum:vacuisq̧ toris tantum ipse iacebit:
Nam de tot pulchris:et latis orbibus:et tam
Antiquis:vna comedunt patrimonia mensa.
Nullus iam parasitus erit.sed quis ferat istas
Luxurie sordes?quanta est gula:que sibi totos
Ponit apros:animal propter conuiuia natum?
Pena tamen presens cum tu deponis amictum
Turgidus:et crudu pauonem in balnea portas
Hinc subite mortes:atq̧ intestata senectus:
It noua:nec tristis per cunctas fabula cenas.
Ducitur iratis plaudendum funus amicis.

Forum. Augusti forum intellige. Suetonius em̄ ait: q augustus publica opa plurima extruxit:ex quib⁹ precipua forum cum ede martis vltoris. Templum apollinis ī palatio. Fori extruendi causa fuit hoīm ꝛ iudicioꝝ multitudo:q̄ videbat non sufficientib⁹ duobus etiā tertio indigere. Itaq̧ festinantius necdum perfecta martis ede publicatum est. Cautumq̧ vt sepatim in eo publica iudicia ꝛ sortiones iudicum fierent Vtq̧ Plinius scribit li.vij.c.lv.ī augusti foro apollo fuit eboreus: ꝑpter id igitur ait poeta.iurisq̧ peritus apollo:naȝ ibi iudicia dabantur.hinc apparet totum hoc de vnico foro intelligendum. In eodem ꝛ statue triūphales erant Martialis em̄ ait lib.v. Nec litis tetricas forūq̧ triste noscemus:nec imagines supbas. Nescio q̇s. Crispinū intelligit cuius supbiam paulo supius ostendit. Egyptius: Asie prima pars Egyptus:cui ꝑpinqua arabia qd̄ Mella scribit:ꝑpterea Iuuenalis ait. Egyptius atq̧ arabaches.i.arabum princeps:eoꝛuȝ scȝ:qui tūc in vrbe erant per qd̄ etiam eum taxat cōditionis libertine ostendēs. Nō tantuȝ meiere:sed etiam egerere. Unde Horatius.sat.viij.in primo volumine ait: Atq̧ in me veniat mictū:atq̧ cacatum. Iulius: Et suetoni⁹ scribit Neronem fuisse religionū cōtemptorē: preter vnius dee syrie:quā mox ita spreuit:vt vrina cōtaminaret alia supstitione captus. Vestibulis abeunt: Nisi vti supius exposui intelligat̄ ibi.s.ipse dies pulchro ꝛc̄.hic locus nō recte exponi poterit:nā illud hoc aperit. Vestibulis aūt ipsoꝝ.s.diuitum. Est autem vestibulū locus ante ianuam domus vacuus ꝑ quem de via aditus accessusq̧ ad fores edium fit. Ipsa em̄ ianua ꝓcul a via fiebat area intersita que vacaret Auctor Macrobius.li.vi.sat. Veteres: ꝓpter hoc arguit magis amādos a diuitibus ipsis. Lassi: satis supra cur lassi ostendimus. Votaq̧ deponūt.ordo est:ꝛ deponūt cene vota q̄q̄ longissima. Appositio spes hoīum ꝑ acclamationem. erat em̄ quid minimū qd̄ sperabāt:longissima autem dicit:qm̄ serius dn̄m reduxerāt diutiusq̧ esurierant pacta iam nona hora:nā decima erat mense vt patuit. Sensus vero est. Vestibulis abeūtes cliētes cene spem relinq̄bant:q̄uis diutius eā spassent atq̧ expectauissent:vltra scilȝ sportulā:que erat centum quadrantum. Deponū:non em̄ recta cena dabat̄ eo tēpore sȝ sportula tantū. Emēdus:ex quadrātibus.s.sportule:quos loco cene acceperant. Interea:dū cliētes emebāt caules ꝛ ignē ex centum quadrantibus. Vacuis:q: solus sine clientibus. Toris:lectulis seu puluinis:quibus stratis olim vescebantur hinc Triclinium ab tribus lectulis stratis dicebatur. De tot:pro ex tot. Orbibus. Citreas mensas intelligit:de quibus plinius ipse.libro.xiij.capitulo.xvj.multa dixit. Ubi ꝯm quosdam Cedrus pro Citro male legitur. Ex hac autem arbore mense magno emebantur:nec putredinem seu cariem vllam sentiebant: propterea dixit ꝛ taȝ antiquis. Est autem Citrus apud mauros plurima. In principio vero dicti lib.xiij.ꝛ Cedri ꝛ Citri legitur. Potes ꝛ argenteas patinas intelligere. Iam:quia soli optima edunt diuites. Parasitus:cliens is enim parasitus dicebatur:qui omnia cibi gratia laudabat:tolerabatq̧. Dicitur autem a para q est iuxta:ꝛ siron cibus.sitos vero frumentum.

Quanta est gula.philoxenus erycius voluptatibus deditus epularum:precatus est: vt longius sibi guttur q̄ gruis fieret. Propterea q tactu delectabatur. Auctor est philosophus libro tertio ethicorum. Gula autem vt idem ostendit libro primo de animalibus intra collum est cui comes arteria iungitur priorem obtinens situm. Nam cartilagine arteria constat: et

Forum Augusti
Egyptus
Vestibulū
Triclinium
Citree mense
Parasitus
Philoxenus
Gula
Arteria

Arteria sanguinis q̄q̄ exigui cōpos est: venulis cōplexa tenuibus Arteria: accipiēdi reddēdiq; tantū modo spiritus officio fungitur. Libro vero scd̄o eiusdē operis ait: q̄ gula incipiēs ab ore deorsum tendit ad pulmonē septūq; trāsuersum: hinc se ad ventrē applicat maiorem. Animal. Ma

Animal crobius libro .ij. de so. ait: Animal esse corpus animatū. Conuiuia: de cōuiuio videto in saty .xi.

Apodyterium videto etiā plurima apud Gel. li. xij. c. xi. Luxurie: voracitatis. Sordes maculas vitia. Deponis amictus: videlicet in apodyterio .i. spoliatorio Apodyo eñi exuo significat. Turgidus: cibo repletus: quod quidē iniquū est. Nā vt scribit Cicero in cathone maiori tantū cibi ⁊ potionis adhibendū: vt reficiātur vires nō opprimātur. Nec vero corpori solum subueniendū est: sed etiam menti: atq; animo multo magis. Crudum pauonē: id est indigestū incoctū nimio luxu. Cruditates aūt vt refert Macrobius li. vij. sat. eueniūt aut qualitate succi in quē cibus vertitur: si non sit aptus humori: qui corpus obtinuit. Aut ipsius cibi multitudine, non sufficiēte natura ad omnia que cōgesta sunt cōcoquēda. In balnea portas. instituerūt eñi medici quidā balneas ardentes teste Pli. quib⁹ persuasere cibos cōcoqui: multi vero ad sepulchrū efferebātur. Hinc subite

Cibi modus mortes. ab luxu videlicet: cuius quidē mod⁹ est optimus. De Socrate enim Laertius scribit: q̄ adeo parce ac tēperate vixit: vt cum athenas lues sepenumero vastaret: solus ipe nūq̄ egrotauerit. Et Horatius lib. i. epi. ad villicū suū ait. Cena breuis iuuat. Atq; intestata senectus: omnia luxu cōsumpserāt: hinc senes effecti nihil testari poterāt: seu subita morte oppressi intestati moriebātur. Ducitur funus: funerale verbū. Virg. lib. iiij. geor. de apibus: Tū corpora luce carentū exportant tectis: ⁊ tristia funera ducunt. Ducitur aūt funus .i. fiunt exequie: seu effertur

Funus funus: id est cadauer ipsum. Funus preterea: quū exequias designat ab funalib⁹ dicitur: quū vero mortē significat ab greco trahitur: nā phonos cedes interpretatur. Plaudendū: letitie dandum. Iratis: nihil eñi honorū illius habuerant.

Ascen. ¶ Ipse dies pulchro ⁊c. Per ironiā dicit Romanos diuites pulchre obseruare officiū singularū horarū: q: institutū erat narrāte martiale vt prima hora ⁊ scd̄a fierēt salutationes: tertia adiretur forum: ⁊ eū ordinē obseruabant: sed in fraudē clientū: quia nō redibant tempestiue domū vt sportulā clientibus darent. Vtcūq; intelligāt alij: ego sic intelligo: vt romani magistratus q̄ preerant iuridicēdo prima luce iuerint salutatū ditiores: vnde debuerint redire domū suam vt a suis salutarētur qui eos in foribus prestolabātur: sed recta ibant ad forū vbi ius dicebatur: et ita miseri clientes qui sperauerāt salutādo se merituros sportulā ex qua sibi cōpararēt lautā cenam: videntes q̄ dñi non redirent deposita spe ieiuni ⁊ famelici abibant. Nō ergo intelligo q̄ sportula primū petatur a clientibus: sed ab aduocatis cliētulorū: nec q̄ clientes deduxerint aduocatos suos in forū: sic eñi iam sportulā meruissent. sed q̄ aduocati illi diuites priusq̄ cliētes poterant aduenisse abiuerint salutatū ⁊ petitū sportulā: nec rediuerint donec tempus salutādi esset transactū: ⁊ ita miseri clientes famelici redibāt: ⁊ princeps salutatorū .i. qui plurimos diuites salutauerat post abitū illorū lautissime cenabat ⁊ id quidē solus: qd̄ signū summe gulositatis est: cuius penā incidentaliter subiūgit: dicēs q̄ ex tali voracitate sepe in balneis subite fiebant mortes. Ordo est. Ipse dies .i. officiū diurnū distinguitur pulchro ordine rerū: quia ad res ad quas institutus erat dies seruato ordine. Sportula supple petitur a diuitibus primū et hoc duabus horis. deinde apollo iurisperitus .i. qui est iuxta forū iudiciale vel qui leges licurgo dictitasse dicitur: sup. petitur. sed melius priori modo propter hoc qd̄ sequitur. Atq; pro et: ⁊ triūphales sup. statue decrete triūphatoribus ⁊ posite ad forū iudiciale sup. petūtur inter quas supple triūphales statuas nescio quis .q.d. indignus qui noīetur a me: egiptius ex egipto: atq; pro et arabarches .i. princeps seruorū ex arabia: ad cui⁹ effigiē .i. statuā ad eius similitudinē effictā non est tm̄ .i. solūmodo fas .i. licitū meiere .i. mingere vel vrinā spargere: sed supple (qd̄ propter honestatē pulchre subticuit: et ergo honor sit auribus tuis lector) etiam cacare aut olentū facere: ausus est habere titulos .i. inscriptionē nois sui. Et ita periphrasi .i. circūlocutione quadam fori augusti per transitū taxat more satyrico Crispinū qui ex infimo loco ad eā gloriā vt illic statuā haberet malis artibus prouectus est. Cū ego deberent salutatis alijs redire domū vt a suis salutati in forū deducerētur: recta ibāt in forū: ⁊ ita clientes .i. familiares aut in fidē et tutelā eorū cōmissi: veteres: longa obseruātia ⁊ fide cogniti ⁊ lassi ex longa statione vel expectatione: abeunt: id est discedūt a vestibulis: id est locis ad standū ⁊ obseruandū ante fores diuitū ydoneis: erant enim defensi illic stantes a sole ⁊ imbribus: sed non erant intromissi: quia foris sub tecto tamen stabant: vnde vestibulū potest dici a ve particula que aliquando diminuit et stabulo: quasi sit paruus locus ad standū sicut in templis sepe eiusmōi loca videmus: que etiā vestibula

ꝓprie dicuntur. Abeūt ergo vestibulis ⁊ deponunt vota.i.desideria sua:v spes suas. Potest
tamen esse vt vota iam destinauerint in animo si sportulam impetrauerint ⁊que deponunt q̄q̄
idest licet spes longissima.i.longissimo tempore ꝑ meritum concepta(nō :enim speramus ꝓ-
prie sine merito)hoim.i.quā etiam illi qui hoies sunt habent:cū tamen maiora sperare debe-
ant:sit sup.spes cene.Mācinellus sic exponit.⁊ deponunt vota cene q̄q̄ longissima.Et dein-
de per acclamationem additur spes hoim. Acclamatio aūt fit quotiens ad id qd̄ dictū est ac-
clamare cogimur ꝓpter mirabilitatē ei⁹ sicut.i.enei.Uirgilius postq̄ tetigerat que pius ene
as passus eēt:et quid superi ꝑmiserūt destrui vt roma cōstrueret:acclamat dicēs. Tāte molis
erat romanā cōdere gentē.Est ergo hic ẜm eū acclamatō vt sit videte q̄ sit spes hoim.vel sic:o
spes hoim sup.viles ⁊ inanes.Potius dicerem⁹appositionē vt sit deponunt vota lōgissime ce
ne:vota dico existentia spes hoim.Idē mācinell⁹intelligit vt ex q̄drātib⁹sportule emāt cliētes
cibi caules ⁊ reliq̄.Sʒ ego ītelligo vt sportulā nō habuerit:nec spauerit hr̄e cenā a salutatꝭ. Nō
ēm verisimile est vt vsq̄ ad horaʒ decimā a prima illic steterint:sed sportulam vnde vnam dum
taxat cenam comparare sperauerāt opiparā tamen:qua spe fraudati coacti sunt emere holuscu
la ⁊ ignem ex ꝓprijs pecunijs. Habent quidā codices homini:vt sit ignis emendus est homi
ni miseris.i.pro miseris domesticis:vel vt Georg.val.accipit.Spes hoi sup.hec manet ⁊c̄. sʒ
quia plures hoim legunt accipiamus sic.Clientes abeunt vestibulis lassi ⁊ deponunt vota.id
est desideria sua:desiderauerant ēm habere bonam cenā ex centum quadrantibus sportule: q̄
q̄ spes longissima hoim sit sup.spes cene.i.q̄q̄ nō sperauerint nisi vnā cenā ex tot laboribus
tamen illusi sunt:⁊ ita ignis emendus est.idest lignum vnde fiat ignis emendū est miseris.id
est debet emi ab ipsis miseris:⁊ caules.id est holuscula accipiendo speciē pro genere ⁊ partem
pro toto .nam caulis ea pars herbe est:vnde se producit folium.Caules igitur sup. emēdi sunt
Est enim hypozeugma:i.ab inferiore.Rex horū.i.priceps.i.qui plurimas sportulas sibi acqui-
siuit:vel qui eos ita pro libito regit:vel re vera quē sperauerant habere regem:sicut scḋo enei.
chorebus dicitur gener priami:q: fore sperauerat.Rex aūt est dominus conuiu[illegible]pē apud
Marti.inuenies. Rex ergo horum.i.qui debebat eis dare vnde cenam haberent: vel saltem
eos ad cenam inuitare.vorabit.i.ingurgitabit interea dum ipsi miseri comparant sibi holuscu
la:optima sup.obsonia siluarū et pelagi.i.que in siluis et pelago possent comparari.i.optimas
feras et optimos pisces.⁊ iacebit.i.procumbet tantum.i.solūmodo: ipse nullo accepto:in sup.
toris vacuis idest lectis discubitorijs quos ternos habebant:vnde triclinium dictū est.et sin-
guli quattuor conuiuas capiebant.vnde Hora.primo sermonū.Sepe tribus videas lectis ce-
nare quaternos.Iacebit inquā tantū ipse id est nullo conuictore adhibito.nam comedunt sup.
pleriq̄.hoc enim moris est vt quotiens ad generalitatem referimus verba sine suppositis pro
feramus.vt ita aiūt.vrbem quam dicunt romā. Nunquid de spinis colligēt vuas.⁊c.Comedūt
ergo iam fere omnes diuites:patrimonia.i.omnes diuitias quas ex successione patris obtinu
erunt:vna mensa.i.in vna cena vel in vno obsonio:sicut apud Horatium videre licet de ijs qui
ex canoris et preciosis auiculis cibum et qui ex vnionibus maximis potū sibi comparauerunt:
comedunt ergo sic:vt sup.nihil reliquant de tot pulchris ⁊ latis:⁊ tam antiquis orbibus. id est
mensis rotundis ex citro factis aut forte argento aut ebore:aut de tot vasculis rotundis:aut or
bibus que scissoria vulgus appellat. Pulchris ⁊ quod ad precium facit:⁊ antiquis quod ad cha
ritatem.Unde maxime damnandi tales sunt q̄ cōgesta forte multo sanguine ⁊ sudore et diu cō
seruata non sine maxima anxietate a maioribus:vna mensa consumunt. Nec placet vt dica-
mus:de tot orbibus.id est ex tot orbibus.quasi ex orbibus ītelligamus eos cibos capere. quia
tunc reliqui essent orbes:nec intestati morerentur . Nam potior sensus est subaudiendo quod
dixi.vel nihil subaudiendo sic. Comedunt vna mensa patrimonia a tot pulchris ⁊ latis ⁊ tam
antiquis orbibus:id est licet parentes eis reliquerint tot pulchros orbes ⁊c̄ . Comedunt ta-
men totum patrimonium vna mensa. Nullus parasitus.id est sectator ⁊ adulator cibi gratia
erit iam.i.quādo ita viuere volunt:vel postq̄ ita viuere instituerunt . Sed quis ferat.i.patiať
equo animo istas sordes .i. tam contemnandas feditates luxurie id est quas ipsi luxu suo seu lu
xuria id est nimia superfluitate sumptus faciunt:quibus tamen se lautos putent appellandos
Est quidē artificiose dictum:sicut illud in sequenti satyra Cum sis inter socraticos notissima
fossa cinedos.nihil enim est socraticis magis contrarium q̄ vt cinedi sint ⁊ tamen quia illi qui
cinedi erant se socraticos iactabant:cōiunxit repugnantia. Similiter et hic. Sordidus enim
proprie dicitur auarus non audens quicq̄ exponere pro lautiore vita. Luxuria autem dicitur

Acclamatio

vbi est superfluitas in amictu aut victu aut corporis habitione etiam in segetibus. Quomodo ergo dixit sordes luxurie? Certe quia in eisdem sunt. Sordidi enim merito dicuntur: quia nullum admittunt clientulum: aut parasitum. Luxuriosi autem in sumptu: quia vna comedunt patrimonia mensa. Et ideo acclamat poeta per indignationem satyricam. Quanta est gula. i. quanta est voracitas hominum: vel reuera quanta. i. quam magna est gula. i. ea pars hominis qua cibus ingurgitatur: quasi dicat oportet sit quam maxima: vtpote que ponit sibi. id est vni nullo admisso totos. id est integros apros animal per appositionem q. d. apros dico existentes animal natum propter conuiuia. i. comessationes: cum tamen conuiuia honestiora sint a conuiuendo dicta. Et potest esse sensus vt damnet consuetudinem eorum qui ex apris epulum dabant: quasi sine eis epulum dari non possit. Vel vt damnet eos qui animal natum. i. a natura productum propter conuiuia. i. vt plures simul viuant: ponunt sibi solis. Primus autem aprum solidum apposuit epulis. Seruilius tullus vt auctor est Plinius. Pena tamen sup. est presens. i. in promptu vel presto siue quam primum insequens: sicut venenum dicitur presens quod quam citissime necat: et deus vel amicus presens qui quod petitur quam ocissime confert.

Presens

Pena ergo. id est vindicta vel punitio est presens. id est statim sequitur quum. i. quando tu qui sic voras cibos: deponis amictus vt intres balneum postero die quam pauonem voraueris vt lautus ad aliam cenam properes: et quum tu turgidus. id est habens ventrem inflatum portas pauonem crudum. id est indigestum in stomacho tuo: in balnea. Est enim caro pauonis difficillime digestionis. vnde sanctus Augustinus de ciuitate dei. libro. xxi. capitulo. iiij. Quis ei inquit nisi deus creator omnium dedit carni pauonis mortui ne putresceret? Quod cum auditu incredibile videretur euenit. vt apud carthaginem nobis cocta apponeretur hec auis: de cuius pectore pulparum quantum visum est decerptum seruare iussimus. quod post dierum tantum quantum alia caro quecunque cocta putresceret: prolatum atque oblatum nihil nostrum offendit olfactum. Itemque repositum est post dies amplius quam triginta: idem quod erat inuentum est. Idem quod post annum: nisi quod aliquantulum corpulentie siccioris et contractioris fuit. Hec ille.

Pauo

Bene ergo hic pauonem crudum dicit: forte tamen pro homine crudo. Nam crudus est cui cibus indecoctus et indigestus in stomacho est: cuius aspectus immitis fere est vnde et crudelis dictus. sed etiam cibum crudum vulgo dicimus. Scies autem lautiora conuiuia a romanis fieri solita postquam lauti et vncti in balneis fuerant: et ita solummodo cenarum sumptuosarum mentio vbique fit. Nam prandia reprehendebantur. hinc. i. ex hanc balneatione repleto stamacho: fiunt sup. mortes subite: et senectus intestata. i. que nullum fecit testamentum: vel quia vnde faceret non habuit: vel quia subita morte preuenta non potuit. Noua fabula. id est fabulatio it. i. diuulgatur per cunctas cenas. Funus. i. ferctrum in quo erat cadauer: vel ipsum cadauer plaudendum. i. cum plausu accipiendum ducitur. i. effertur ad sepulchrum amicis. i. ab amicis iratis. Iterum vtitur antithetis. id est contrapositis. Nam irasci de re plaudenda non est vero simile. Sed varie responderi potest: vel vt amici videantur irati sub persona. id est sub inuolucro capitis quod caputium vocant: at tamen sibi plaudant quod ita mortuus sit antequam omnia consumpserit. Nam vt i veteris mimi prouerbio est apud A. gellium. Heredis luctus sub persona risus est. vel vt funus plaudendum dicatur ab alijs epulonibus quibus plaudendum erat in tam voracis hominis morte: et amici irati sint propterea quia parum reliquerit. Vel reuera plaudendum amicis: quia iam mortuus sit: iratis quia non prius.

Crudus

Man. ¶ Nil erit vlterius: postquam poeta ipse varia diuersaque vitia supra ostendit merito hec verba profert. In precipiti: in abrupto et cacumine ac summitate: adeo quod vlterius progredi non potest.

Vitium Vitium: dixit philosophus auctore laertio: vitium ad miseriam atque infelicem vitam sufficere: quantumlibet corporis affluat bonis. Vtere velis: seipsum hortatur ad scribendam satyram: vel monitorem amicum introducit. Loquitur autem metaphoricos

Nil erit vlterius quod nostris moribus addat
Posteritas: eadem cupient: facientque minores.
Omne in precipiti vitium stetit: vtere velis:
Totos pande sinus. dicas hic forsitan vnde
Ingenium par materie est? vnde illa priorum
Scribendi quodcunque animo flagrante liberet
Simplicitas. cuius non audeo dicere nomen?
Quid refert dictis ignoscat mutius: an non?

Pone tigillinum: teda lucebis in illa:
Qua stantes ardent qui fixo gutture fumant:
Et latum media sulcum deducit harena.
Qui dedit ergo tribus patruis aconita vehatur
Pensilibus plumis: atq; illinc despiciat nos?
Cum veniet contra: digito compesce labellum:
Accusator erit qui verbum dixerit: hic est.
Securus licet eneam rutulumq; ferocem
Committas: nulli grauis est percussus achilles
Aut multum quesitus hylas: vrnamq; secutus.
Ense velut stricto: quotiens lucillius ardens
Infremuit: rubet auditor cui frigida mens est
Criminibus: tacita sudant precordia culpa
Inde ire et lachrime. tecum prius ergo voluta
Hec: animante tuba galeatum sero duelli
Penitet. experiar quid concedatur in illos
Quorum flaminia tegitur cinis atq; latina.

naute enim velis vtuntur: quo citius portum teneant. Sin⁹: ingenij vires. Dicas: dicere posses. Ingenium: naturalis sapientia ingenium est: auctore nonio: Et victorinus in Rheto. sic ait. Ingenium est vis quedã naturaliter animis insita: suis viribus preualens. In ingenio itaq; & sapientia est & eloquentia. Materie: vitiorum scilicet. Unde illa priorum. flaccus id satyra quarta ondit: Eupolis atq; Cratinus: Aristophanesq; poete Atq; alij quorum comedia prisca virorum est. Siquis erat dign⁹ describi: ꝙ malus aut fur. Quod mechus foret: aut sicarius: aut alioquin Famosus: multa cum libertate notabant. hinc omnis pendet lucillius hosce secutus mutatis tantum pedibus numerisq; facetus Cicero demum li. quarto tuscu scribit: ꝙ ne liceret carmen fieri ad alterius iniurias leges sanxerunt. Simplicitas libertas: simpliciter enim loquitur: qui aperte & libere dicit. Est autem libertas potestas viuendi vt velis: Auctore Cicerone in parad. Cuius non audeo dicere nomen. Domitianus enim libertatem ipsam oppresserat. Quid refert dictis. Loquitur adhuc amicus: & sensus est. Si Mutius sceuola in quem olim Lucillius inuectus est in se dictis parceret vel non: nihil referret: & id: quoniam nulli erant imperatores: sed respubli. libera hinc lucillius eum libere carpere potuit. Nunc vero minime liceret impune aliquem carpere. imperatores enim vlciscerentur. Hinc ait pone Tigillinum. Refert: distat. Dictis. in se ab lucilio quondam. Pone Tigillinum: vt olim mutium lucillius posuit. Tigillinum vero. id est hominem gratum imperatori: vt fuerat. Tigillinus Neroni. De tigillino aũt latius dictum est superius ibi. Cum fas eẽ putet. &c. Pone tigillinum. teda lucebis &c. hinc Cicero li. ix. epistola ad papyriũ optime ait. Reliquũ est neq̃d stulte nequid temere dicã faciãve cõtra potentẽ. Teda affixo ligno quod tedã appellauit quia vti teda arderet. fixo gutture. s. vnco quo tracti fuerant in arenã ad scalas gemonias: vbi postea pendentiũ crura frangebant: et iniecto igni ardebant. vel fixo gutture fumãt: quoniã affixi palo vt Seneca tradit cõburebant: vel vt Sueroni⁹ refert: q: noxijs gladij mucro mẽto supponebat vt visendã faciẽ preberent oĩbus. Deducit. ordo est: lucebis in illa teda qua ardent stantes qui fumãt fixo gutture: et q̃ deducit latũ sulcũ in media arena per quod nõ oẽs qui vrebant vnco tractos intelligẽdum. is aũt ordo verissimus est: quẽ per me excogitatũ: postea magis cõfirmauit quidã antiquissimus textus: erat enĩ sup deducit ꝓ glosula q̃ appositũ. deducit trahit. Qui dedit ergo tribus: respõdet amico poeta. ergo: q: simplicit ac libere i aliquos scribere minime nũc liceret vti quondã lucilio. Tribus patruis de ipso tigillino intelligẽdũ: prob⁹ enĩ (vt aiũt) sic scripsit. Mophonius tygillinus homo oĩm nequissimus tris patruos habuit quos oẽs vt eorũ hereditatib⁹ potiret veneno absumpsit: subtractisq; anulis & falso tabulis signatis hereditates sũmo scelere cõsecut⁹ ẽ. Aconita: Solin⁹ scribit in põticis oris aconẽ portũ esse: q̃ prouẽtu malorũ graminũ vsq; adeo celebris ẽ: vt noxias herbas aconita illic noiemus.

Ingenium

Libertas

Tigillinus

Aconitum

Uebatur supple sine reprebēsione. Pensilibus plumis: eleuatis in lectica. Quū veniet contra
cōsulentis seu cōmonētis amici verba. Digito cōpesce labellū. Perfer erit lucro lingua retēta
tuo: inquit Ouidius. Qui. supple illi. Uerbū dixerit: sic legi aiunt in antiquissimis codicibus
qđ quidē magis superiori sentētie cōuenit: Nā si etiā bene diceres: accusator tamen falsa refer-
ret: Hinc tacere melius. Hic est. eiusdē amici ostēdētis accusatorē vox est. Securus licz eneā.
Per hunc ⁊ alios subsequētes mortuos tm̄ ⁊ quasi incognitos viuētibus impune reprebendi
Eneas posse ostendit. Eneā: Eneas laudabilis interpretari potest. enos em̄ est laus: eneo laudo. An-
chise aūt troiani ⁊ veneris filius troianoꝝ dux fuit. de quo late Maro ⁊ Liuius. Rutilūq; fero
Ardea cem. Turnū intelligit rutuloꝝ regē: qui ardeā incolebat antiquo in latio sitā. Unde ⁊ Strabo
libro quinto appellat ardeā rutulorū coloniā. De distantia vero ab mari: quā ponit ipē secus est
Nā lōge propior mari est. Ponit em̄ stadia. lxx.. Cōmittas. tue satyre inseras. Percussus. i. rep-
Hylas bēsus ab aliquo. Hylas. Js vt Strabo docet li. xij. ex socijs herculis fuit: qui etiam argonauta
erat. Probus addit ꝙ in mysia dū ad bauriendū aquā ascanij fluuij vrnā extulisset: ⁊ ad ripā ac-
cederet adamatus ab nymphis ⁊ raptus est. Strabo vero iuxta prusiadē vrbē in bithynia fuis-
se scribit: vbi festa quedā celebrātur: in q̄bus ꝑ mōtes vagi ac saltātes hylā vocabāt. Hylas aūt
resono vel clamo significat. Ense velut stricto. Cōsulere iuuenali amicus videt̄ ne repbēdendo
Infremuit aliquos nominet. Quisq; em̄ sue culpe cōscius in se quoq; reprebēsionē accipiet: ꝗuis minime
Facies nominatus. Uelut: tanꝙ. Stricto: euaginato. Ardens: iracūdus. Infremuit: reprebendendo
Rubor vnde exclamauit insonuit. Est em̄ fremere magnū sonare: vt Nonius ait. Uirg. fremit impia plebes.
Rubet auditor: speculū em̄ mētis est facies (vt inquit hieronymus de castitate loquēs) ⁊ taci-
ti oculi cordis fatētur arcbana. Rubet auditor: id quidē pudore accidit: Natura em̄ cū aliq̄d ei
occurrit honesto pudore dignū. imū penetrat sanguinē: quo cōmoto atq; diffuso cutis tingit̄:
⁊ inde nascitur rubor: qui color est sanguinis: quē natura pudore tacta ante pro velamēto tēdit:
vt phisici dicūt: de quo legito Macro. li. vij. Cui frigida: mens est criminibꝰ. Uacare culpa ma
gnū est solatiū inquit Cicero li. vij. epistola ad Trebatiū. Frigida mēs criminibus: scelerū timo
Tremor et re id euenit. Unde etiā tremere solēt qui timēt: quia virtus anime introrsum fugiēs neruos re
pallor vnde linquit quibus tenebatur fortitudo mēbroꝝ: ⁊ inde saltu timoris agitātur. de hoc etiā Macro.
Precordia libro. vij. sat. Tacita: latenti. Sudāt: propter angorem ipsius culpe ⁊ anxietatē. Precordia. Exta
homini ab inferiore viscerū parte separātur mēbranis: que precordia appellāt: quia cordi pretē
dūtur. Pli. lib. xi. Interpres itē aristo. lib. i. de aialibus sic ait: Tenuissimū medio sub pulmone
septū transuersum pectoris est: que precordia ⁊ cinctū appellāt: costis ⁊ sub cartilagineis spine
annexū parte media tenue mēbraneaq; exilitate cōtextū. Inde ex culpa ⁊ intellecta repbēsione
ꝗuis minime noiatus irascitur: quid igitur ageret noiatus? Ire: scz veniūt ⁊ lacbryme: solent
em̄ pre nimia ira etiā lacbrymari. Prius: anteꝙ aliquē reprebēdas. Ergo: quoniā repbēsi ma-
xime irascūtur ⁊ scribendi libertas ablata est. Hec: que superius dicta sunt. Animāte tuba: id ē
hortāte ⁊ impellēte ad pugnā: quo verbo Macro. etiā vsus est lib. i. de som. sic dicēs. Spem re-
gis animauit. Et lib. v. sat. sic. Sed ⁊ spe future felicitatis animauit: Uel si aie ante tubas vti in
antiquissimis codicibus legi aiūt placeret sic cōstrue. Ergo prius tecū voluta hec o aie. i. o mēs
ante tubas. i. anteꝙ tube sonēt ad pugne initiū: hoc est anteꝙ scribas: ⁊ sic poeta loquet̄: nam
seipm̄ cōmonet: Aliter em̄ amici verba essent: Poete vero illa. Experiar: quid cōcedat̄ ⁊c. Duel
li: hoc est belli: ex duello em̄ bellū factū est, auctore Fabio lib. i. Experiar: ostēdit se mortuos rep̄
Appia via bensuꝝ. Flaminia: de hac iam superius. Latina: preclarissime sunt vie: vt Strabo docet lib. v.
Ualeria. c. Appia. latina. Ualeria: Appia quidē ad mare vsq; sinuessam protēditur. Ualeria vero in sabi-
Latina via niā vsq; marios: a tyburtinis em̄ capiēs initiū ad marios ⁊ corpbiniū pelignoꝝ metropolin du
Algidū cit. In ea latine vrbes sunt Ualeria: ⁊ carseoli: ⁊ alba. Inter appiam ⁊ valeriā media latina est:
Ferentinū que ad casinū oppidū cōiūgitur appie: ab capua decē ⁊ nouē distans stadijs. Trāsit aūt latina ꝑ
Frusino Tusculanos mōtes ad oppidū descēdēs Algidū. postmodū in ipā latina vrbes sunt Ferentinū
Fabrateria ⁊ frusino fabrateria iuxta quā Trerus amnis fluit. Aquinū q̄ magna ciuitas ē: iuxta quā Mel
Aquinum pis flumen labitur ingens. Casinū preclara ciuitas est latinoꝝ nouissima. Hec ex lib. v. Stra-
Casinū bonis. Uia aūt flaminia ⁊ latina mortuoꝝ tumuli erant. Unde idē poeta satyra q̄nta ait: Et cui
Augusti per mediā nolis occurrere noctē: Cliuose veheris dū per monumēta latine: Augusti quoq; re-
Mausoleū liquias in Mausoleo hoc est monumēto inter flaminiā viam ripāq; tyberis condiderūt: quod
opus sexto suo cōsulatu extruxerat: circūiectasq; siluas ⁊ ambulationes in vsum populi tūc iam
publicarat qđ Suetonius scribit: latius tamē Strabo libro quinto.

¶ Nil erit vlterius. Hic incipit vltima inter principales partes huius satyre: in qua poeta sic procedit. Primo ostendit omnia vitia tempore quo motus est ad satyram scribendam fuisse in summo gradu: ita vt posteri nihil noui sceleris excogitare possint: et ergo cohortatur se in secunda persona tanq̄ alium dicens. vtere velis et pande totos sinus. i. plenā operam in scribēda satyra. verūtamen quia non viuorum sed mortuorum vitia licitū erat noīatim carpere: ideo inducit ad imitationem persij monitorē: et dicit: quia oīa q̄ nūc regnant vitia: carpere non possum expresso nomine eius qui ea cōmisit: quod tamē presupponere videor: et quo per hoc infero mihi scribendū esse: tu quisquis ades admonitor vel castigator dicas mihi hoc loco vnde o Iuuenalis fiet tibi libertas scribendi quicquid velis sicut facta erat prioribus vt lucilio et grecis? q. d. nullo pacto fiet tibi. Ad quod poeta more irascentiū ex arte rhetorica cū respondere nequeat ad interrogata (id enim lata lege cautum erat ne quis famosum libellum edat) obijcit aliā questionem dicens Cuius nō audeo dicere nomen? q. d. nullius nō audeo. immo cuiuslibet audeo quod cōfirmat exemplo lucilij qui Mutiū reprehendebat parui faciēs an ignoscat nec ne. Ad quod admonitor. queris cuius nomen non audeas dicere? Pone solūmodo tigillinū. i. quēuis pessimum et vilissimū hominē: sed magnū adulatorē: et impatori charum sicut erat tigillinus Neroni. tu statim ad suppliciū traheris quo modo quidā sanctorum martyrū a Nerone trahi iussi sunt. Vt eni dicit Calderinus: duo genera suppliciorū erant apud antiquos. aut enim puniebantur more maiorū: hoc est pendentes e furca nudis corporibus ⁊ cesi virgis vsq̧ ad mortem: vt tranquillus interpretat̃ ad scalas gemonias trahebantur. hoc est inserto gutturi vnco producebantur in arenā vbi postea pendentium crura frangebantur: et iniecto igni ardebant Hoc genus supplicij in claudio cōmemoratum est a Suetonio tranquillo: et Nero exercuit in christianos: quibus ardentibus in vsum luminis vsus est. Nouū excogitauit Domitianus qui faces per obscena imitti iubebat. hec ille. Ad hoc aūt obiectum admonitoris respondet poeta si ita est ꝙ suppliciū de me sumeretur: permittā ergo homicidā pessimū in malicijs suis gloriari et nos despicere. Immo dicit admonitor cum obuiā forte venerit digito compesce labellum ne verbum siue bonū siue malum dixeris: q2 accusator aderit: sed si vis scribere satyram esse poteris securus: licet cōmittas libro tuo antiquissimos heroas et principes: vt apud latinos aut troianos eneā et thurnū: apud grecos achillē: qui percussus. i. postq̄ occisus ē nulli grauis est et etiā hylam q̄uis sit multum quesitus. Respondet poeta: verū quidē est ꝙ id securus faciam: sed non tam vtilis reipub. aut bonis moribus. nam quis fructus sequetur si mortuos carpam quasi dicat nullus. At cum lucillius mordaci verbo quasi ense stricto vitiosos profligauit viuentes: erubuerunt et alij veriti sunt peccare. Respondet admonitor. verū quidē dicis. sed lachryme ⁊ ire nascebātur et adhuc nascerentur inde: id est ex illa manifesta reprehensione: ⁊ ita constitues tibi multos inimicos: cogita ergo hec priusq̄ feceris. Nam si quē prouocaris ad pugnā et iam in harena seu loco ad hoc constituto galeatus prodeas: tunc tardū esset nimis si te duelli penitere ceperit. Respondet poeta bene mones. et ergo ego experiar quid libertatis mihi cōcedatur in eos qui in vijs publicis sepulti sunt: quasi dicat in mortuos. Ac si velit dicere se scripturum esse in sequētibus in mortuorū vitia. Quod subtilissime facit: quia non est dubium quin multa scribat in domitianū et eius adulatores: sicut Persius in Neronē: sed sicut persius quedā inserit vt possent ad aliū referri: ita si quis ea quo iuuenalis scribet in domitianū scripta affirmauerit: possit dicere protestatū esse se nihil scripturū nisi in sepultos. Et hec sententia meo iudicio est Scio verū esse quod comicus dicit: quot capita tot hominū sententias: spero tamen fore vt multi peritorū in nostrā ierint. Nam filum satyre sic optime nectitur. Ne tamē de inuentis meis glorier: ordinē familiarē dūtaxat repetam: qui huiusmodi est. Nil supple vitiorum: erit vlterius: id est vltra ea que modo fiūt: quod posteritas addat: id est quod posteri siue q̄ post nos venturi sunt: addant: id est addere possint: nostris moribus: id est institutis seu modo viuēdi q̄ pessimus est. Minores supple in tempore: id est posteriores nostri cupient supple facere ⁊ facient eadem supple facinora: quasi dicat nihil noui aut cupere aut facere poterūt: ⁊ quia quodammodo minus est cupere tantū: q̄ cupere ⁊ facere. cum plus ⁊ peius sit cupere malū ⁊ non facere: q̄ facere ⁊ nō cupere: ideo preposuit quod minus est: sicut Virgilius in. vi. eneid. Ausi omnes immane nephas ausoq̧ potiti. Omne vitium stetit: id est semel fuit in precipiti: id est in supremo vertice vnde patet precipitiū. Vertex enim dicitur a vertēdo eo ꝙ cū altius ascendi nō possit illic vertēdū sit: et preceps est quod ruit capite priore siue anteriore sicut qui altius q̄ datum est arti aut nature ascendere volunt. Quia aūt omne vitiū stetit in precipiti: id est iam con-

sumatū est et in supremo gradu fuit:vtere o iuuenalis(cohortatur eñi vt dixi seipm̄)velis ⁊ pā
de:id est aperi et expone ventis totos sinus:id est incuruaturas tam velorum q̄ antēnarū: hoc
est nauiga pleno vento quod est naua plenā operā ad satyram scribendā. Nauare autem est ci-
Nauare to et multū ad optatū perducere:eo ꝙ nauibus cito et multa ⁊ longe plura q̄ curribus ad portū
peruehimus. Naues aūt tunc maxime procedunt quādo habent fluxū secundū:id est sequētem
et a tergo:⁊ ideo secūdare dicimus pro fortunare aut prosperare. Item quādo vtimur remigio
et vento:vnde qui pleno cursu se aliquid facturos pollicētur dicūt se vsuros velis ⁊ remis. Ve-
rūtamen vbi bonus est ventus nō est opus remigio:et ideo quia plus proceditur ventis aut ve
lis q̄ remis dixit vtere remis.et pande totos sinus. Sinus aūt est omnis angulus inuolutus:
capax alicuius rei.vt sinus maris.sinus velorū.sinus oculorū:sinus etiā vestiū potissimū in pe-
ctore. Nam gremiū inter femora dicitur. Nec placet vt sint verba admonitoris quia iam primū
introducet monitorē dicens. Tu quisquis es admonitor forsan dicas hic:id est hoc loco:hoc est
ad hoc ꝙ significaui mihi toto conatu scribendū esse:eo ꝙ iam maxime regnēt vitia:presuppo
nens ꝙ ea possem reprehendere.dicas inquā o iuuenalis:vnde supple tibi detur ingeniū par:
id est sufficiens materie:si scribere supple liceret:et vnde supple fiet tibi:simplicitas:id est vni-
formitas ⁊ indifferentia siue mera libertas scribendi quodcūq3:id est quācūq3 rem: siue q̄dcun
q3 peccatū liberet supple scribere aīo flagrante:id est dū anim⁹ flagrat:id est ardet ⁊ excādescit
contra vitia:quasi dicat si liceret scribere omnia ea vitia que nūc regnāt:nō sufficerēt vires in-
genij:et si suffecerint nō liceret:propter legē latam. ¶ Ad quod iuuenalis querēs cum indigna
tione:quia dictū erat simplicitas.quasi auderet hos notare ⁊ nō illos. Cuius nō audeo dicere:
id est aperte infamare nomen? quasi dicat nullius nō audeo imo cuiuslibet audeo. Quid eñi re-
fert:id est interest an mutius albutius vel vt quidā dicūt sceuola quē Lucillius carpsit dicente
Persio:secuit Lucillius vrbem:Te lupe:te muti ⁊ genuinū fregit in illis. An inquā mutius ig-
noscat:id est veniā det lucilio an non:id est an quiuis nobilis ignoscat mihi an non:quasi dicat
nihil refert an quiuis nobilis reprehensus a me ignoscat an non: sicut non rettulit an mutius
ignosceret lucilio an non. Et nō intelligas ꝙ iuuenalis velit reprehendere mutiū sed quēuis si
milē:nec ꝙ aduersarius siue admonitor loquatur de tigillino qui erat tempore neronis: sed de
quouis adulatore sic charo imperatori domitiano sicut tigillinus neroni:de quo Suetoni⁹ sic.
M.ophonius tigillinus obscuris parētibus:feda pueritia:impudica senecta:prefecturā vigi-
lum et pretorij et premia virtutū que velocius erat vitijs adeptus:crudelitatē mox:deinde aua
ritiā et virilia scelera exercuit corrupto ad omne facinus nerone.⁊c. Dicit ergo admonitor:ro-
gas cuius non audeas dicere nomen? Non solū nō audeas ponere mutiū:id est virū nobilem ⁊
potentē:sicut erat mutius:sed pone:id est describe solūmō tigillinū: id est quēuis vilem hoīem
et sceleratū:charū tamē imperatori sicut erat tigillinus neroni:tu lucebis:id est lucidus ⁊ inflā
matus stabis in illa:id est nota ⁊ famosa teda:id ē ligno pingui cito ⁊ clare ardēti cui affixi erāt
Legitur aūt residuū tribus modis. Nam Calderinus et Valla dicūt ꝙ media harena sit nti ca-
sus:et licet media in vltima corripiatur excusatur q: est vltima dictionis et prima tertij pedis:
sicut ibi Omnia vincit amor et nos cedamus amori. Et ita ordo ꝓm eos est. Tu lucebis in ea te
da:qua ardent stantes qui fumāt gutture fixo per vncū quo tracti sunt vel per ensem suppositū
et supple qua media harena deducit:id est deducendo facit in se latū sulcū: id est latā fissuram.
Mancinellus dicit non nti sed ablatiui casus esse:verū licet subaudiatur:qui:numerus nō qua
drat. Ego aūt potius legerē fumat:vt sit Qua stantes ardent:et is supple qui fumat fixo guttu-
re:et is qui deducit latū sulcū in media harena:adhereo tamen prime sententie. Respōdet poeta
Ergo si ita est ꝙ non audeam etiā vilissimū hominē notare dū viueret.tigillin⁹ supple ⁊ quiuis
alius similis tigillino qui dedit tribus patruis:id est fratribus patris sui vt hereditatem habe-
ret aconita:id est succū illius herbe venenosum:vehetur:id est sinetur ꝑ me vehi et exaltari in
plumis pensilibus:id est puluinarijs in lectica pensili fulsitus:atq3 despiciet.i.deorsum cū con
temptu videbit nos illinc.i.ab illis plumis seu illa lectica. Immo inquit admonitor:cū talis ve
niet contra:id est obuiā tibi.cōpesce:id est cōclude vel cōprime digito labellū ne quid supple lo
quaris.quia qui dixerit verbū:id est si quis est qui dixerit verbū.accusator erit:id est aderit sup-
ple dicēs hic est o imꝑator qui sup.hoc dixit. Vel si legis verū sic:quia accusator erit dicēs hic
est qui dixit verū:id est qui dixit aut te adulatorē aut imperatorē perditū:aut aliquid simile q̄d
verū est:nō tamē dicet te verū dixisse:sed mentitū esse licet verū dixeris. Est in fabellis vulgari
bus:cum quodam tempore leo rex siluarum egrotaret lupū illi attulisse arietem pinguē:⁊ ita le

te acceptū et deductū per regiā omnē que ossibus ꝛ pellibus predarū feda erat: interrogatūq3 a n ne bene oleret: respōdisse ꝙ non: ob qđ indignatus rex illi pellē a scapulis detraxit: ꝛ ita sanguinolētū exeuntē aduentanti vrso occurrisse: ꝛ illi casum suū exposuisse: quē cum vrsus vitare vellet contra dixisse ꝙ bene oleret: ad quod rex. alter inquit vestrū mentitus est et cu3 nesciam vter: parē penā dabitis: itaq3 illi quoq3 pellē detraxit: quā rem vbi vulpes intellexit que pullu3 afferens regē quoq3 visebat: finxit se cū similiter interrogaretur tātū piscatui incubuisse ꝙ pre reumate nihil olfaceret itaq3 salua euasit: qđ cū ceteri admirarētur. in domibus inquit regum: neq3 verum nihil falsum' dicere licere noui: tacens ergo euasi. Licet ergo veru3 dixeris: imo si quoduis verbū dixeris accusaberis: sed securus supple esse poteris: id est sine cura quia extra periculū licet cōmittas: id est inseras carminibus tuis eneā filiū veneris et anchise: et caput romani gereris: aut rutulū ferocē dū viueret q egre tulit ꝙ a iunone manibus enee ereptus esset Achilles fortissimus grecorū filius thetidis et pelei regis thessalie pcussus: id est occisus a paride ꝛ deiphebo in templo apollinis nulli pro nō et vlli: non est grauis. i. molestus vlli: qui dum viuebat molestissimus erat omnibus troianis ꝛ etiā agamēnoni impatori exercitus grecoru3. Et melius exponitur percussus. i. occisus ꝙ reprehēsus: imo magis ,ppie dixit percussus ꝙ si occisus dixisset: quasi manu diuina tactus: dicēte Virgilio. Phebe graues troie semp miserate labores Dardana qui paridis derexti tela manusq3. Et hylas puer dilectissimus herculi quesitus multū ꝛ secutus vrnā. i. submersus cū vrna nulli grauis est: ꝙuis herculē vindicē habeat. Respōdet poeta. q. d. id verū esse sed minoris vtilitatis esse mortuorū vitia notare ꝙ viuentiū: quia quotiēs lucilius satyricus ille qui apud romanos primus satyrā nouā scripsit veteri tamē libertate ardens. i. acri ꝛ ardenti verbo insectans vitiosos adhuc viuētes vel vitia recitans velut. i. sicut ense stricto. i. nudato vel euaginato infremuit. i. fremitū ore indignabūdo dedit: auditor cui mens est frigida. i. timore ꝛ tremore perculsa: criminibus. i. ob crimina: rubet supple in facie: ꝛ precordia. i. interiora circa cor sudāt culpa. i. pre culpa tacita. i. latente. Dices quomodo sudant precordia si mens est frigida. Respōdeo mentē esse frigidā non cor: ꝛ metaphoricos non simpliciter sed criminibus: si eñ virtus dicit ardēs vt. vi. eneid. Aut ardēs euexit ad ethera virtus: vnde charitas ignis est. Bene dicuntur vitia frigida. etiā potest fieri naturaliter vt precordia sudent: ꝛ cetera mēbra fere frigeāt. q. d. Et ob id multi cauerūt peccare. Quia vt dicitur in epistolis Horatij. Oderūt peccare boni virtutis amore. Oderūt peccare mali formidine pene. Respōdet admonitor inde. i. ex hac re: quia timēt ꝛ egre ferunt reprehēdi: ire oriūtur et lachryme: et ergo voluta. i. frequēter volue ꝛ cōsidera hec tecū. priusq̄ sup. scribas: aut quēuis ad iram prouoces: quia penitet galeatū. i. qui iam ab armigero galeā accepit vt cōgrediatur cū hoste sero. i. nimis tarde: tuba animāte. i. classicis instigātibus aīos. hoc est quādo tuba inflatur ad dandū animos conflicturis: ꝛ ita videtur melius stare: ꝙ anime vel aīa ante tubā vt sint verba monitoris sicut Horatius in principio secūdi sermonū introducit trebatiū sibi consulentem melius esse vt nō scribat ꝙ scribendo quēuis maiorum ledat: melius inquā est vt sint verba monitoris ꝙ poete ad animū suū loquētis: quia sequētia verba sunt poete: dicētis. Ergo cū supple periculosum sit quenq̄ viuentiū prouocare. ego experiar quid cōcedatur: id est permittatur in: id est cōtra illos quor cinis: id est vrna in qua reliquie sunt tegitur: id est sepelitur in supple flaminia sup. via et latina sup. via: que erāt strate lapidibus ꝛ multorū diuitū monumētis ornate: hoc est in mortuos vt prius exposuimus. Et hec de prima satyra.

¶ Explicit prima satyra.

Man.



¶ Secunde satyre argumentum.

Qui simulant curios satyra patuere secunda.

Sauromate — Meotis — Tanais

Ltra sauromatas ⁊c. Indignatus poeta multorum hypocrisi: hoc modo excla mat. Sauromatas. Sauromate superiorem asie partez occupant que ad bo ream conspicit. Ipsi enim sunt qui meotidem paludem circūhabitant ex ama zonum semine procreati. vastam quendam syluam inhabitant: cuius per me dium tractus tanais intra ꝓpin quam paludem dilabitur: multo q̄ꝫ prius inflatus borea: ⁊ per scy thiam diffusus īmensam illuc cō uehit glaciez: infelicesq̄ꝫ illos fa cit q̄ vicina incolunt loca. vt Dio nysius scribit.

Oceanus glacialis

Glacialem ocea num. Superius ad boreaz cum sol ibi tarde tepideq̄ꝫ illuceat ob ipsius ab cursu distātiā. ⁊ vallatā altissimis collib⁹ regionē: ex qui bus obdurata inhorrescit glacie quicquid ea loca circūfluit ocea nab concretis vndis glacialez pontū appellāt: aut ab eo q̄ ibi fluctus interisse videantur mor tuū mare: qd̄ etiaz Dionysi⁹ scri bit. Audēt loqui. s. Curios. i.

Curi⁹ dētatus

cur̄ij ꝓbitatē. Marc⁹. n. Curi⁹ dē tatus qui de samnitib⁹ triumpha

Satyra secunda.



Ltra sauromatas fugere hinc libet et glaciem

Occeanum: quotiens aliquid de moribus audent

Qui curios simulāt: et bacchanalia viuunt.

Indocti primum: q̄q̄ plena omnia gypso

Chrisippi inuenias. nam perfectissimus horum

Si quis aristotelem similem vel pittacon emit:

Et iubet archetypos pluteum seruare cleantas.

Baccbanalia

uit ⁊ de sabinis tertio de lucanis pyrrhū epirotā et italia pepulit. legati samnitū aurū offerēti bus cū ipe in foco rapas tolleret malo hec inq̄t in fictilib⁹ meis eē ⁊ aurum habētib⁹ imperare Demū sua plurima ob merita dom⁹ eius amplificata est: ⁊ agri iugera quingenta publice data. Auctor est Plinius. Qui curios simulāt: Martia. item li. vij. ad Gallam inquit. Quere ali quem curios semp fabiosq̄ꝫ loquentem. Hirsutum: ⁊ dura rusticitate trucem: Inuenies: sed ha bet tristis quoq̄ꝫ turba cinedos. Difficile est vero nubere galla viro. Et bacchanalia viuunt: id est tanq̄ bacchanalia celebrantes. Hec enim sacra noctu in vrbe ⁊ clam celebrabantur ab mari bus ⁊ mulieribus: hinc stupra promiscua ingenuorum feminarumq̄ꝫ erant: addite voluptates religioni vini ⁊ epularum: quo plurium animi illicerentur: erantq̄ꝫ plura virorum inter se q̄ fe minarum stupra. Siqui minus patientes dedecoris fuissent ⁊ pigriores ad facinus pro victi mis immolare nefas non putabant: ibi deniq̄ꝫ omnia infanda patienda primum deinde facien da erant. inde etiam falsi testes exibant: venena item ⁊ intestine cedes. multa dolo pleraq̄ꝫ per vim audebant: hec ex Liuij libro nono de bel. macedonico: plura etiam diximus sat. vi. ibi hulu

Gypsum — Chrypsipus

lāte priapo. Gypso. Gypsum calcis albe genus est: plura eius genera: gypso autem madido statim vtendū est: q̄m celerrime coit ac siccat. de quo Pli. li. xxxvi. Chrisippi. Chrisipp⁹ Zeno nis siue Cleātis auditor fuit vir q̄dē ingeniosus ac acutissim⁹ in oī gn̄e orōnis. adeoq̄ꝫ in diale ctica insignis vt pleriq̄ꝫ dicerēt: si apd̄ deos vsus eēt dialectice nō futurā aliā q̄ chrysippeā. fu it ⁊ laboris patiētissim⁹ vltra oēs qd̄ ex ei⁹ voluminib⁹ ꝯstat: q̄ sūt nūero. lxxv. Aiunt itē quingē tos eū v̄sus q̄tidie scribere solitū. Erat aūt ībecilli tenuiq̄ꝫ corpusculo: vixitq̄ꝫ ānos tris ⁊ septu

Aristoteles

aginta. Auctor ē Laertius. Aristotelē: is voce gracili exilib⁹ crurib⁹: puisq̄ꝫ oculis fuit: veste insigni ⁊ anulis ac tōsura vtēs. xvij. etatis āno: Platonē audire cepit: ānosq̄ꝫ. xx. apud eū cōmo

Mendaces — Indocti — Parentes — Discipuli — Uirtus — Diuitie — Necessarie

rat⁹ est. Introgat⁹ q̄dnā mēdaces lucrātur: inq̄t vt cū v̄a dixerit nō illis credat. Rogat⁹ itez q̄ differrēt docti ab īdoctis inq̄t q̄ viuētes ab mortuis. pentes q̄ liberos erudiēdos curassent di cebat lōge honorabiliores eē his q̄ solū genuissēt. hos. n. viuēdi tātuz illos ēt bn̄ hteq̄ꝫ viuendi auctores eē. Introgat⁹ q̄ pacto discipli egregie ꝓficerēt: si excellētiores ait ꝓseq̄ntes tardio res n̄ attēdāt: v̄tutē ad btāz vitā sibi mime sufficere dixit: q̄ppe corpalib⁹ bōis externib⁹q̄ꝫ idige re. miserū atq̄ꝫ infelicē fore sapiētē siue doloribus afficiat siue iopia: ⁊ ceteris hmōi icōmodis p̄mat obijt āt quū eēt ānorū. lxiij. h oia ex laertio. Pittacon. fuit is mitylene⁹ e septē sapiētib⁹ vn⁹: q̄ cū

decem annis rempublicā tenuisset ei a ciuibus traditā seipsum sponte magistratu abdicauit pbo cacio dicenti querendū esse studiosum ac frugi virū:inquit etiā si valde quesieris nō inuenies. Dixit item amico noli maledicere ne inimico quidē.pudicitiā ama.veritati stude.tempus nosce Vixit annos plusq̄.lxx.auctor in ijs laertius.¶ Archetypos:principalis seu antique figure. archē enī principalis dicitur:ꝛ typos figura.archeos itē antiquū significat nobis. Dicunt etiam archetypū quodcūq̄ ita primū fabricatū sit vt exemplar reliquis fiat. Pluteum:armariū:plutei nāq̄ tabule dicūtur quibus aliquid prescepitur:vt Festus ait. Plutei enim dicūtur qui ad similitudinē cassidis cōtexuntur e vimine:ꝛ cilitijs vel corijs protegūtur in vsum bellicū. De quibus latius scribit Vegetius libro quarto. Cleantas vel cleantas vt in antiquis legi. Cleantes autē primū pugil fuit:profectus vero athenas apud zenonē studiose philosophatus est:memorie ꝓditum est ipsum laboriosissimū fuisse adeo vt inopia cogente se mercenariū faceret ac noctu quidem in hortis hauriret aquas:interdiu aūt operā studijs liberalibus daret. Erat illi quidē eximiū studiū. Ceterū ingeniū obtusum atq̄ tardissimū:tamē id labore studio ac diligentia vincebat. Et quū aliquādo probro sibi daretur q̄ esset timidus:at ideo inquit parū pecco. Aiunt eū que ab zenone audierat in testa boūq̄ ossibus inscribere solitum:cum pecunijs careret quibus chartā emere potuisset. hoc vite instituto clarus obtinuit vt zenoni succederet. Reliquit autem pulcherrimos libros ac multos:hec ex laertio.

Studiosus vir. | Archetypus | Plutei | Cleantes | Ascen.



Ltra sauromatas. Licet in satyris scribēdis nullus seruetur ordo:videntur tamen satyrici ea primū et maxime sectari vitia que pessima ꝛ perniciosissima iudicauerūt:ideoq̄ Horatius qui auariciā.i.malā cupiditatē iudicauit omnis mali matrē dicens. Danda est hellebori multo pars maxima auaris: Nescio an anticyrā ratio illis destinet omnē.in prima satyra auariciā psequtur. Persius aūt qui bonos poetas plurimi facere videtur:ꝛ econuerso malos pessime odisse:eos psequitur:q̄ poetica maiestate abutūtur.et aut inepte scribunt:aut recte scripta inepte recitant. Iuuenalis vero in hac satyra que post eā que prologi loco posita est primū locū obtinet maximos quosq̄ pessimi criminis arguit:et primū philosophos q̄ꝛ honestatē ꝛ sanctitatē et sapientiā profitentur:et tamē inhonestissime:iniquissime ꝛ stultissime viuūt:nā cum sapiētia hoīes maxime a beluis segreget:ipsi plusq̄ belue scelus turpissimū quod cōtra naturā est cōmittunt. Deinde impatorē domitianū:qui cū summū debeat esse iusticie columē: leges tamen p imane nephas et incestū a se reuocatas ꝛ approbatas trāsgressus ē. Tū iudices cause criminalis q̄ cū seueritate metuendi esse debeāt:mollicie habitus et vite auctoritatē amittunt. Et postremū sacerdotes potissimū albanos:qui cum ceteris in honestate vite ꝛ integritate morum ꝛ sanctitate doctrine prestare debeant:turpissimā vitā degunt: Quattuor ergo facit. Primum in principio. Secūdū incipit ibi Quis tulerit:sed tractat ibi Qualis erat nuper ꝛc.vbi etiā adulteros taxat. Tertiū ibi Fugerunt trepidi.ꝛc. Vltimū ibi Fedius hoc aliquid quādoq̄ audebis. Omnes aūt he partes cōdependent:ita q̄ videtur eē quedā cōtinuatio materie. Primū ergo in philosophos hypocritas insurgit:quō saluator noster scribas ꝛ phariseos ꝓpter hypocrisim maxime rephendit.¶ De his eutem ita scribit Aulus gellius libro octauo capitulo secundo Ad herodē atticū consularē virū ingenioq̄ amenor ꝛ greca facūdia celebrē adijt nobis presentibus palliatus quidā et crinitus:barbaq̄ prope ad pubem vsq̄ porrecta:ac petijt es sibi dari:ad panes emēdos scʒ. Tū herodes interrogat:quisnā esset. Atq̄ ille vultu sonituq̄ vocis obiurgatorio philosophū sese esse dicit:mirari quoq̄ addit:cur querendū putasset qđ videret. Video inquit herodes barbā ꝛ palliū:philosophū nō video. Queso autē te cū bona venia dicas mihi:quibꝰ nos vti posse argumētis existimas:vt esse te philosophū noscitemus? Interibi aliquot ex his qui cū herode erant:erraticū esse hoīem dicebant:ꝛ nullius rei:incolāq̄ esse sordētiū ganearū:ac nisi accipiat qđ petit:cōuitio turpi solitū incessere. Atq̄ ibi herodes. Deinꝰ inquit huic aliquid eris cuiusmodi est:tanq̄ hoīes non tanq̄ homini. Et iussit dari preciū panis xxx.dierū. Tū nos aspiciens qui eū sectabamur. Musonius inquit circūstanti cuipiā id genus et philosophū se ostentāti dari iussit mille nūmū. Et quū plerīq̄ dicerent:nebulonē esse hoīem malū ꝛ maliciosum:ꝛ nulla re bona dignū:tū musoniū subridentē dixisse aiūt:dignus igitur est argento. Sed hoc inquit potius dolori mihi atq̄ egritudini est:q̄ istiusmodi aīalia spurca atq̄ probra:nomē vsurpāt sanctissimū:ꝛ philosophi appellātur. Maiores aūt mei athenieses noīa iuuenū fortissimoꝝ harmonij ꝛ aristogytonis:qui libertatis recuperāde gratia hipiā tyrannū interficere adorti erāt:ne vnq̄ seruis indere liceret:decreto publico sanxerūt: quoniā nephas

Hypocrite philosophantes

ducerēt noīa libertati patrie deuota: seruili cōtagio pollui. Cur ergo nos patimur nomē philosophie illustrissimū i hoib⁹ deterrimis exordescere? Hec ibi. Dicit ꝗ poeta sic. Quotiēs ij ꝗ simulāt curios .i. viros castissimos ⁊ maxie sobrios. et tamē viuūt bacchanalia: hoc est incōtinēter et voluptuose audent de moribus disputare: aut mores docere: ego vellem aufugere hinc vsq; ad oceanū glacialē vbi zona frigida perpetuo gelu rigens dicitur. Primū eñ sunt indocti: ⁊ tamē simulāt se doctos ⁊ amatores doctorū: ad quod simulādū habēt domi sue simulachra doctissimorum philosophoꝝ. Quia quilibet videtur eius imaginē aut simulachrū amare: cuius vitā amat. Et ideo inepti sumus christiani qui potius picturas prostibulis ⁊ lupanarib⁹ dignas ꝙ honesti viri thalamis in cubiculū nostrū adducim⁹: neglectis aut parui habitis saluatoris nostri sanctorūq; imaginibus. ¶ Ordo est. Libet .i. delectat ⁊ placet fugere .i. per fugā celeriter discedere aut rapi qḋ plus est ꝙ proficisci: hinc .i. ab hoc loco mihi natiuo vbi libentissime esse debeā. Qḋ idē doluit melibeo dicenti apud virg. nos patriā fugimus: vltra sauromatas qui tamē superiorem partē asie: boreā versus inhabitāt. et per id vltra oceanū glacialē .i. vltra mare magnū ppetua glacie horrens. hoc est in zonā inhabitabilē propter perpetuū gelu: ⁊ habēt oīa emphasim. Primo ꝙ dicit vltra: quia satis durum ⁊ miserū esset illucusq; proficisci. Scdo quia dicit sauromatas qui populi feri sunt ⁊ malo assueti. Tertio quia fugere qḋ fugatoꝝ ⁊ expulsoꝝ est: ⁊ plus ꝙ abire aut facessere: aut profisci aut migrare aut quouis pacto discedere. Hinc locum natiuū demonstrat natura charissimū: ⁊ ita multiplex dolor nascitur ⁊ a termino abs quo et a termino ad quē: ⁊ a modo: quia per fugā. Et tamē libet qḋ plus est ꝙ placet: nā id libet ad qḋ natura nos inclinat. Totiens aūt libet: quotiens sup. ij qui simulant .i. p hypocrisim referūt ⁊ representant curios .i. viros continētissimos ⁊ maxime sobrios qualis erat marcus curius dentatus: ⁊ viuūt bacchanalia .i. vitā ducūt more eorum qui celebrāt bacchanalia .i. bacchi festa in quibus fedissima peccata committebantur. Et ita erit aduerbialiter positum. Vel ſm Georgium. qui viuunt id est viuendo sunt ipā bachanalia .i. omnis turpitudinis domicilia: ⁊ hoc emphatice quō hoiēz scelestū scelus appellamus. Et ita bacchanalia esset nti casus: ⁊ est maioris significātie ꝙ in accusatiuo. filū tamē orōnis melius esset in actō. quotiens inquā tales simulatores audent super hiscere aut loqui aut mutire aliquid .i. quātūcūq; modicū de morib⁹ .i. de institutis ⁊ modo debite viuendi. Quasi dicat qui fedissime viuūt: nō debere mores honestos docere: quia vt dicit. Turpe est doctori ꝙ culpa redarguit ipm. Quod ⁊ Gregorius ⁊ Ambrosius approbāt. Et annota diligentiā poete: qui in fuga oīa auxit: hic oīa diminuit. Nā non dicit quotiēs disputāt aut declamationes in propatulo faciūt: sed quotiēs audent: qḋ quodāmodo minus est saltē ad indignationē excitandā ꝙ facere: quia multi audent qḋ nō faciūt: cōtra Nemo facit nisi coactus qḋ nō audet. Pulchre etiā subticuit verbū hiscere aut mutire aut simile: quasi qui nesciuerit inuenire verbū significās tam modicā mentionē de moribus facere quin malit aufugere ꝙ audire. Et signāter addit aliqd: quasi dicat quātulūcūq; exiguū. Tales aūt ꝗ se curios simulāt ⁊ bacchanalia viuūt sunt primū indocti qui tamē se philosophos dicūt. Unde ordo ē: hi sup. sunt primū .i. in primis indocti. Vel sic. Primū .i. primo loco in hoc gñe sunt indocti ꝙꝙ .i. tāetsi inuenias .i. qlibet inuenire possit apud eos oīa sup. loca plena gypso .i. statua gypsacea chrisippi .i. illi⁹ diligētissimi ⁊ doctissimi philosophi. Et si qras quare statuas phoꝝ domi habēt? Rñdet. Nā perfectissimus horū sup. est aut existimat esse si quis eorū sup. emit .i. publice cōpauit sibi aristotelem similē .i. ad similitudinē eius qui viuebat effictū ⁊ simulatū: aut pictacon phm ex septē sapiētissimis grecie. Et si quis eoꝝ iubet .i. vult pluteū .i. pinacothecā .i. repositoriū tabularū pictarū ſm Calderinū: vel armariū vbi libri reponūtur ſm vallā ⁊ mācinellū: Vel vt ego intelligo illud obiectū qḋ in cōclaui studiosi obijciūt oculis ne vagentur: qḋ confectū est ex tabulis siue asseribus: ad similitudinē pluteoꝝ bellicoꝝ sic appellatū. Cōcludūt eñ nōnulli sese dum aut carmina fingūt aut quāuis rē excogitāt pluteis: quos poete indignati verba inuētis nō respōdere preter industriā aut cōpositū cedunt vt testatur Persius. In cōspectu ergo suo e regione aduersa id maxime ponebāt cuius memores fieri sūmope desiderabāt. Et ita iubebāt pluteū seruare: id est vt pluteus seruet cleanthas .i. phos studiosissimos ⁊ laboriosissimos: archetypos .i. veteres ⁊ primū typū siue primā figurā aut protractionē bonoꝝ pictoꝝ habentes. Solent eñ pictores imperitiores doctioꝝ archetypos custodire: ⁊ ita custostiebāt tales phi cleāthas vt significent se imitari velle cleāthē illūviuū: aut vt se ei⁹ amatores significent ꝗ ei⁹ archetypos etiā charissime emerint. Accipit aūt hic archetypos adiectiue sicut apud Martialē. Sic tāꝙ tabulas scyphosq; paule Omnes archetypos habes amicos. Potest autē vterq; actūs a pte ante cōstrui: hoc est sic. iubet pluteū seruare cleāthas: ⁊ sic. iubet cleanthas seruare pluteum.

¶ Fronti: seuere videlicet ꝛ graui. Plinius libro vndecimo scribit: ꝙ frons homini tātum Man.
tristitie hilaritatis seueritatis index est. Atq; philosophus libro primo de aīalibus ait. Quibꝰ
hec magna segnes: quibus parua mobiles: quibus lata mente moueri idonei: quibus rotunda
iracundi sunt. Nulla: adhibenda est scilicet. Vicus dictus a vicinis: vel ꝙ vias habeat tantū si-
ne muris: est enim villa licet ꝛ vici dicūtur ipse quoq; habitationes vrbis: vtrūq; hic potest in-
telligi. Tristibus obscenis: seueris ꝛ immūdis. Castigas turpia: absenti loquitur per apostro- Apostrophe

Fronti nulla fides: quis enim nō vicus abundat
Tristibus obscenis? castigas turpia: cum sis
Inter socraticos notissima fossa cinedos?
Hispida membra quidē et dure per brachia sete
Promittunt atrocem animum: sed podice leui
Ceduntur tumide medico ridente marisce.
Rarus sermo illis: et magna libido tacendi:
Atq; supercilio breuior coma: verius ergo
Et magis ingenue peribonius: hunc ego fatis
Im puto: qui vultu morbum incessuq; fatetur:
Horum simplicitas miserabilis: his furor ipse
Dat veniam: sed peiores qui talia verbis
Herculis inuadunt: et de virtute locuti
Clunem agitant: ego te ceuentem sexte verebor?
Infamis varillus ait? quo deterior te?
Loripedem rectus derideat: ethiopem albus.

phen: id est auersum sermonē seu auersionem: teste Fabio libro nono: fit enim quū ad aliquē per secundam personā fit cōuersio. Castigas turpia. conuenit hic Horatij illud in satyra tertia. Cum tua non videas oculis mala lippus inunctis: Cur in amicoꝝ vitijs tam cernis acutum? Et Ciceronis illud libri primi officioꝝ. Fit enim nescio quomodo vt magis in alios cernamus ꝙ̄ in nobismetipsis siquid delinquitur. Idem vero libro tertio tusc. ait. Esse proprium stultitie alioꝝ vitia cernere obliuisci suoꝝ. Socraticos cinedos. Socrates

Socrates patre lapidario matre obstetrice natus fuit in oratoria promptus atq; acer: primus cum eschine discipulo oratoriꝝ cāpos aperuit. primusq; de vite ratione disseruit: hinc primus ethicen inuexit: ea potius inquirēda exhortans que mores instruerēt. Magna vero mētis altitudine carpētes se atq; obiurgātes cōtēnebat dicebatq; se scire nihil preter hoc ipm̄ ꝙ nesciret. nūcianti sibi quēdam se maledictis incessere bene ait loqui nō didicit: Apollinis demū oraculo mortaliū oīm Socrates sapiētissimꝰ predicatꝰ est. Sed eñ ex his q̄ successere socrati appellāturq; socratici nobilissimi sunt: Plato Xenophō ꝛ Antisthenes: auctor est laertiꝰ. De socrate itē sic ait Ci. li. v. tusc. Socrates aūt primꝰ philosophiā deuocauit e celo: ꝛ in vrbibꝰ collocauit: ꝛ in domos etiā introduxit: ꝛ coegit de vita et moribꝰ rebusq; bonis et malis querere ꝛc.
Scribit etiā inferiꝰ idē ita: Socratē ferūt quū vsq; ad vesperꝝ cōtētiꝰ ambularet: q̄situmq; esset ex
eo quare id faceret: r̄ndisse se quo meliꝰ cenaret obsonare ābulādo famē. Cinedos socraticos: Cinedus
id est pathicos de moribꝰ disputātes: vt Socrates agebat: q̄ primꝰ de vite rōe disseruit. Cinedꝰ
aūt dr̄ a cineo qd̄ ē moueo ꝛ edia pudēda. Notissima fossa. i. notissimꝰ oībꝰ vti fossa viatoribꝰ. vel
notissima fossa. i. notissima vitioꝝ labes: seu receptaculū vitioꝝ vti fossa est sordiū: seu fossa. i. vi-
tioꝝ lacꝰ aut fons notissimꝰ. Hispida mēbra q̄dē: polyphemꝰ apd̄ Ouid. inq̄t. Barba viros hir-
teq; decēt in pectore sete. Macro. li. vij. ait: ꝙ in corpe hūano ille ptes maxime vestiūt q̄bꝰ āpliꝰ
inest caloris. leue aūt ē mulieꝝ corpꝰ quasi naturali frigore dēsent: comitat eñ algorē dēsitas le-
uitas dēsitatē. Atrocē fortē seuerū. Podice leui: depilata sede. Marisce: Celsus ait i sede hulcꝰ Marisce
simile fungo nasci solere: qd̄ tollitur vel medicamētis vehemētioribꝰ: vel ferro adurēdū est. quē
fungū medici quidā putant eū esse: quē iuniores ficum appellauerūt. Iuuenalis aūt festiuitate
poetica mariscas scripsit: sunt eñ marisce ficus insipide. Martialis libro. vij. Infanti melimel
la dato fatuasq; mariscas: Nā mihi que nouit pungere chia sapit. Medico ridente: pro deridē-
te. turpi eñ causa morbꝰ ille euenerat. Libido. i. cupiditas: ꝓprie tamē libido est cupiditas effre
nata: que in oībus stultis inuenitur: est eñ aduersus rationē incitata. de qua Cicero libro: quar

to tuscu. Verius: iustius & rectius agit. Ingenue: libere. Peribomius: id dici potest vltra scurram: peri enim hoc loco significat vltra: & bomolochos scurra est. Vel peribonius appellatus est: quia perbiberet ac diuulgaret vitia sua: peribonton enim diuulgatum dicunt.

Fatis imputo: id quidem Manilij sentẽtie conuenit: inquit enĩ li. iij. Fata quoq; & vitas ho-
Fatum minũ suspendit ab astris. Sic felix aut triste venit per singula fatum. Fatũ vero dicit Plato esse voluntatẽ & iussionẽ dei: vti Prisci. li. vi. de duodeciʒ car. scribit. Chrysipp: Fatũ autẽ est inquit sempiterna quedam & indeclinabilis series rerum: de quo latius Gelius li. vi. ca. ij. & Se-
Morbus neca ait ep̃la. cix. Ducunt volentem fata nolentem trahunt. Morbum: morbũ appellant toti-
Egrotatio us corporis corruptionem. Egrotationẽ morbum cum imbecillitate: vitium cum partes corpo-
Vitium ris inter se dissident: ex quo prauitas membrorum distortio deformitas. Sic Cicero libro quarto tuscu. hic tamen morbũ accipimus impudicitiã. Qui vultu morbum incessuq; fatetur. Seneca quoq; epistola quinq̃gesimatertia: sic ait. Omnia rerum oĩm si obseruantur indicia sunt: et
Impudicus argumentũ morum ex minimis quoq; licet capere. Impudicum & incessus ostendit & manus
Digitus ad caput mota & vnum interdũ responsum & relatus ad caput digitus: & flexus oculorum. Improbuʒ interdum risus: Insanũ vultus habitusq; demonstrat. Et Hieronymus in aureola sic. Speculum enĩ mentis est facies: & taciti oculi cordis fatentur archana. Atq; Cicero libro quarto tuscula.
Insanus ait: Ennius dixit. Indicium insanie est color: vox oculi spiritus impotentia dictorum atq; facto-
Facies rum: quam partẽ habent sanitatis. Fatetur: ostendit. Horum similium peribonij. Furor insa-
Furor nia: furor enĩ est mentis ad oĩa cecitas: vt inquit Cicero li. iij. tuscula. Talia. s. vitia. Inuadũt
Herculis vt⁹ castigant arguunt. Verbis herculis: id est grauibus & seueris qualibus. Hercules vsus est in voluptatem eam incusando: scribit enim magnus Basylius q̃ Hercules quum adolescens esset diu secum multumq; dubitauit quam viam caperet cum duas videret vnam voluptatis alteram virtutis. Inter ambigendum autem due accesserunt matrone: hoc est & virtus & malitia quarum altera ornatissima erat & oĩm voluptatum examen post se trahebat: omniaq; ostentabat: ac multo etiã plura pollicebatur: vt ad se Herculem traheret. Altera vero aspera et dura seuereq; intuens talia econtrario dixit polliceri se: nec voluptatem aliquam nec quietem: sed labores pericula sudoresq; infinitos: terra mariq; tolerandos: premium auteʒ illorum fore deuʒ fieri: hanc itaq; Hercules secutus fuisse dicitur magna verborum grauitate accusata voluptate.

Clunem agitant: nates atq; inferiora mouent dum Venerem patiuntur voluptate siquidem
Ceuere affecti. Ceuentem: clunes agitantẽ: & apte motantem dũ pateris turpia. Nam Ceuere mariũ
Crissare est hoc est apte se motare: dum Veneris turpitudinẽ patiuntur: Hinc Martialis ait. Sed pedicaris sed pulchre neuole ceues. Crissare vero mulierum est apte scilicet se motantiũ dũ coeunt. Hinc idem inquit li. x. in Leliam. Nunquid quũ crissas blandior esse potes. Sexte: erat sextus seueri atq; cinedi nomen. Loripedem: claudũ. Similiter fere Cicero in Salu. ait enĩ. Carere debet omni vitio: qui in alterum dicere paratus est. Quo deterior te. Horatius itẽ satyra septima libro. ij. ait. Tu cuʒ sis quod ego & fortassis nequior: vltro Insectere velut melior: verbisq; decoris obuoluas vitium: quid si me stultior ipso?

Ascen. ¶ Fronti nulla fides. &c. Qr ergo multi se alios simulant q̃ sint: vt enim dicit saluator: veniunt in vestimẽtis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces: dicit poeta q̃ nõ est confidẽduʒ fronti. i. apparatui exteriori: qr multi seuerã castam & omni ex parte sanctam vitã in barba prolixa: breui capillo: silẽtio alto: supcilio seuero: pilosis brachijs & pallio ac baculo pre se ferũt & se habere ostentãt: qui fedissima illa zodomitica peccata in se admittunt. Et ita peius peccant tales simulatores q̃ indocti qui simplicitate quadem se nõ alios q̃ sint pfitentur. Non q̃ meli⁹ sit publice q̃ secrete peccare. Dictum est enĩ: si non caste tamen caute: sed quia non ignorantia aut fragilitate sed manifesta malicia peccant. Difficilius enĩ est simulare bonũ virũ q̃ esse: & tñ malunt simulare q̃ esse: & plus laboris sumunt vt videãtur boni. q̃ boni vt sint: & ita ex deliberatione mali sunt. ¶ Ordo est. Nulla fides. i. nulla firma credulitas est sup. adhibenda fronti. id ẽ apparatui exteriori. enĩ pro qr. quis vicus. i. regio in ciuitate aut cohabitatio hoĩʒ in agro nõ abundat tristibus. i. seueris: & rigidis in vultu sup. & obscenis. i. turpibus in vita? q. d. nullus vicus non abundat: imo quilibet abundat. Et q̃rit per indignationeʒ: castigas sup. ne tu turpia scʒ facta aliorum: cũ sis fossa. i. lacus & cẽtina notissima inter cinedos. i. pathicos qui patiuntur muliebria precisi: socraticos. i. qui fingũt se in doctrina socraticos. i. castitatis & aliorum bonorum morum preceptores? q. d. nõ te decet id facere: quia non est ferendum a te cũ amiseris auctoritatem. Membra sup. tua hispidia. i. pilosa & hirta et sete dure. i. pili tam magni & duri vt

fete porcorū. Sunt enim fete in porcis: villi in leonibus: lana in ouibus: pilus in equis et hominibus. squame et spine in piscibus: plume in auibus etc. per brachia. i. que videntur circa brachia promittunt quidē. i. pollicentur nobis in te animū atrocem. i. robustū et virilē: sed marisce tumide i. bulcera inflata more fatuarum ficuū generata ex fedo et innoīabili coitu cedūtur. i. inciduntur et apiuntur ferro tibi in podice leui. i. in sede naturali depilata ex frequēti subactione. leue enī est nō asperū et politum: vt qui sine barba sunt leues dicūtur: et hoc primā longā sic. cedunt medico ridente quia nouit cām bulceris esse turpitudinē tuā. Rarus sermo et magna libido tacēdi est sup. illis. i. eiusmōi viris Atque per et coma. i. capillus breuior supcilio. i. nō demissus vsque ad supcilium est sup. illis. Ergo cū ita sit quod simulāt se caste et sancte viuere cū sint turpissimi: peribomius id ē diuulgator turpitudinis sue: vel pibomius cinedus cibelles matris deorum dictus a peri quod est circum et bomos ara: quasi circū arā versatus: et ponitur pro quolibet ex simplicitate peccatum suum prodente. Uerius. i. tolerabilius quia confitenti verum ignoscere solent et dii et homines: et magis ingenue. i. vt ingenuum. i. natura liberū decet. quia furū et seruorum est mentiri: ingenuorum veritatem fateri: neque dissimulare: et aliud in corde: aliud in ore habere sup. agit aut facit. Ego imputo hunc. i. talē. i. talis viri vitam fatis. i. iudico quod talis sit secutus inclinationem nature: et quod ex simplicitate non ex malicia peccet qui fatetur vultu et incessu morbum. i. peccatū quod est anime morbus et si perseuerat mors. Et simplicitas horū. i. qui peccant nec tegūt peccata est miserabilis. i. digna miseratione. Ipse furor. i. violentus impetus cui nesciunt moderari ita vt furere videantur: dat his. i. hmōi veniā. Sed peiores sup. sunt qui inuadūt. i. increpant et lacessunt: talia. i. tales ex simplicitate peccantes vel talia facta ex simplicitate peccantiū: verbis herculis. i. grauissimis qualibus vsus est hercules contra voluptatem se allicere volentem: et locuti. i. postquam disputauerunt de virtute. i. de fortitudine et castitate: agitant. i. mouēt dum subiguntur clunem. id est podicem: quod nō decet. quia nemo patitur se ab iniquiore reprehēdi. Unde varillus infamis. i. per turpitudinē vite infamatus ait ad sextum virum in verbis seuerum sed cinedum. o sexte ego verebor. i. putas ne quod ego cum reuerētia timebo te ceuentem. i. artificiose turpitudinē patientē: et posteriora tua motantē: q. d. minime. Nam quo. i. in quo sup. sum deterior. i. minoris dignitatis aut precii te. i. quam tu q. d. in nullo: et ita non debes me reprehendere decet enī vt rectus. i. rec te incedēs derideat loripedem. i. oblique incedentem. Nā loripes in india anguiū more ingreditur teste plinio: et albus. i. mundus et pulcher ethiopem. i. fedum et turpem. vel albus. i. bonus ethiopem. i. nigrum hoc est malum.

Quis tulerit gracchos de seditione querentes
Quis celum terris non misceat et mare celo:
Si fur displiceat verri: homicida miloni?
Clodius accuset mechos: cathilina cethegum:
In tabulam sylle si dicant discipuli tres?
Qualis erat nuper tragico pollutus adulter
Concubitu: qui tunc leges reuocarat amaras
Omnibus: atque ipsis veneri martique timendas:
Cum tot abortiuis fecundam iulia vuluam
Solueret: et patruo similes effunderet offas.
Nonne igitur iure ac merito vitia vltima fictos
Contemnunt scauros: et castigata remordent?

Man. ¶ Quis tulerit. poete verba. probat autem per exempla vitio carere oportere qui in alios dicere parati sunt. Gracchos: Tyberius Gracchus Aphricani ex filia nepos tribunus plebis quum prorogare sibi potestatem vellet: aduersis auspiciis in publicum processit statimque capitolium petiit: vbi oppressus est ab Scipione nasica: et eius cadauer in tyberim missum. Caius item Gracchus quū accersitus in senatū nō iuisset armata familia: auentinum occupauit. vnde fugiēs postea vel sua vel serui manu interfectus reptus est. De quibus omnibus legito Plinium de viris illust. Seditione: tumultu populi. Uerri: Caius Uerres cum successisset in sicilia. L. sacerdoti pretori: eā quod nō sibi succedēte Arrio per triennium tenuisset atque in ea fuisset libidinose auare crudeliterque versatus: succedēte tandem in eadē prouincia Metello repetūdarū reus ab siculis postulatus est: accusanteque Cicerone damna

Gracchi

Uerres

Milo tus:que oīa ex Asconio Pediano habuim⁹. Miloni: Annius Milo Ciceronis amicissimus
cōsulatum petebat Clodius Ciceronis inimicissimus preturam eodem anno:quā debilem fu-
Clodius turam cōsule Milone intelligebat:sepeqꝫ inter se Milo ⁊ Clodius cuꝫ suis factionibus Ro
me depugnauerant. Milo tandē Lanuuium ex quo erat municipio ⁊ ibi tuꝫ dictator ꝓfectus
est ad flaminē prodendum:postera die occurrit ei circa horam nonaꝫ Clodi⁹ paulo vltra bouil-
las rediens ab aricia. Vehebatur Clodius equo: serui.xxx.fere expediti gladijs cincti sequebā
tur.erant cū Clodio preterea tres comites eius. Milo rheda vehebatur cū vxore fausta:⁊.M.
Fusio familiari suo:sequebatur eos magnū seruoꝝ agmen:inter quos gladiatores quoqꝫ erāt:
ex quibus duo noti Euclamus et Byrrhia:ij in vltimo agmine tardius eūtes cum seruis Pu-
blij Clodij rixam cōmiserunt:ad quem tumultū quum respexisset Clodius minitabūdus hume
rum eius Byrrhia rūphea traiecit. Inde cuꝫ orta esset pugna plures miloniani accurrerunt.
Clodius vulneratus in tabernam ꝓximā Bouillano delatus est. Milo vt cognouit vulnera-
Clodij vulnus tum Clodiū cum sibi periculosius illud etiā viuo eo futurū intelligeret:occiso autem magnuꝫ
solatium esset habiturus etiā si subeunda esset pena exturbari tabernā iussit: Atqꝫ ita Clodius
latens extractus est:multisqꝫ vulneribus confectus:cadauer eius in via relictū. Accusatus est
Clodi⁹ adult̄ Milo parricidij Cicero defendit.hec ⁊ plura habētur apud Pedianum. Clodius accuset me
chos: Publius Clodius Pompeiam.C.Cesaris.vxorem adamans dum sacra bone dee ꝑ noctē
fierent Cesaris in domo q̄ pōtifex maximus erat muliebri veste illuc ingressus est. (viris eñi
nō licebat) cognitus tandem ⁊ captus est:sed tñ corruptela iudicum absolutus euasit. de quo
in vita Ciceronis habetur:fuit idem duarū sororū mechus:quarum altera lucullo:altera Me-
tello nupserat. Auctores Liuius: Cicero:⁊ Plutarchus in Cesare. Cathilina:coniurauerāt
Catilina contra rempublicam corruptissimi ciues ⁊ sue amentie ducem Catilinā habebant:qui Lentu-
lo Cethego ⁊ alijs quorum prōptam audaciam cognauerat mandauit vt opes cōiurationis q̄
tum possent confirmarent insidiasqꝫ consuli ciceroni.s.maturarent. De q̄bus omnib⁹ Salusti⁹
Sylle seuitia ampliss͠me scribit. In tabulam sylle:de Sylla in prima satyra lati⁹.is aūt ꝓscriptionis tabl'as
primus ꝓposuit:quod ⁊ Plinius de viris illustrib⁹ docet: ⁊ Valerius lib.ix.de crudelitate ait
ꝙ Lucius Sylla quattuor milia ⁊.cc.dire ꝓscriptionis edicto iugulatos in tabulas publicas
rettulit videlꝫ ne memoria tam preclare rei dilueretur: nec contentus in eos seuire qui armis
ab se dissenserant etiam q̄eti animi ciues ꝓpter pecunie magnitudinē per nomenclatorē con-
q̄sitos ꝓscriptoꝝ nūero adiecit ⁊c. Discipuli tres Lepid⁹. Octaui⁹ Antoni⁹:quos Sylle disci
Lepidus pulos vocat:qm̄ eandem disciplinā administrande reipu.secuti sunt.ij enim triumuiri fuerant
Antonius qui per cruentum fedus iuncti quū rempu. inuasissent Syllā imitati senatū ⁊ equestrē ordinē
Octauius ꝓscripsere. Liuius eñi li.cxx.scribit:ꝙ Caius cesar pacem cuꝫ Anthonio ⁊ Lepido fecit:ita vt
Ciceronis tres viri reipu.cōstituende quidem ꝑ quinquēnium preessent. Ipse Lepidus ⁊ anthonius sta-
cedes tuerunt:vt suos quisqꝫ inimicos ꝓscriberent:in qua ꝓscriptione plurimi eq̄tes.cxxx.senatorū
noīa fuerant:⁊ inter eos.L.Pauli fratris.M.Lepidi:⁊.L.Cesaris Anthonij auunculi:⁊.M.
Ciceronis:cuius occiosi a popilio legionario milite cum haberet annos.lxiij.caput quoqꝫ cum
manu dextera in rostris positum est. Qualis erat nuper.tales erant vitiosi turpia castigan
tes qualis erat Domitianus: qui leges in adulteros reuocarat: ⁊ tamen adulter ⁊ mechus
Domitiani erat: Juliam nanqꝫ Titi Germani filiam adamauit:coegitqꝫ conceptum a se abigere.hinc illa
incestus obijt. Auctores Tranquillus:⁊ Plinius ad Corneliū scribens:per cuius verba hic ⁊ de Domiti
ano intelligendū est:non de Claudio:vt quidam ait. Tragico cōcubitu.i.turpissimo:qualē tra
gici tractare solēt.scribūt.n.de turpissimo amore Phedre in Hippolytū:⁊ Thyeste in filiam ⁊c.
turpissim⁹ aūt erat Domitiani cōcubitus qꝛ cū Julia nepte. Leges reuocarat: Juliam legē in
tellige q̄ multo ante ab Augusto cōtra adulteros lata fuerat:vt Tranquillus docuit. Ait enim
sic:leges retractauit ⁊ quasdā ex integro sanxit:vt sumptuariā.⁊ de adulteris ⁊ de pudicitia:de
ambitu:de maritādis ordinib⁹. Amaras oīb⁹ seuerissime.n.puniebātur adulteri. Ipis veneri
Mars cum martiqꝫ timēdas.i.numinib⁹ etiā. Mars aūt adulter cū Venere ab Vulcano depꝛehensus ē: at-
Venere qꝫ adamātinis vinculis circūuenti dijs oībus spectacula ꝓbuere. Horati⁹. Quis martē tunica
tectū adamātina Digne scripserit: Sed lati⁹ Naso li.ij.de arte. Abortiuis.ante tp̄s editis. Ef
Effluxiones fluxiones vocātur q̄ intra septimū diē corruptiōes incidūt. Abortiōes aūt q̄ intra quadragesi-
mū ita scribit iterpres phi li.vij.de aīalib⁹. Uuluā:ea est q̄ semē recipit. Solueret:apiret vene-
Abortiones ficijs.s.Patruo: Domitiano. Offas:carnis frusta informata. Igit̄ cū pessimi sint alios arguē-
Scaurus tes. Vitia vltia:vitiosi ⁊ in ꝓcipiti vitioꝝ existētes:vt Varill⁹ infamis. Scauros fictos:nobiles

⁊ hypocritas: vti fuit. M. emili⁹ scaur⁹. de eo eñ sallustius in Jugur. sic ait. Sed et oib⁹ maxie
emilius scaur⁹ hō nobilis impiger factiosus auid⁹ potētie honoris diuitiarū. Ceterū callide vi-
tia sua occultās. hec ille itaq̧ nō ab re Juuenalis fictos ⁊ scauros inquit. Meminit etiā pluri
ma asconius in orone pro. M. scauro. Castigata: rephensa vitia ab hypocritis. Remordēt: re
prehendūt eñ hypocritas aliorum reprehensores. est autem a canibus metaphora.
¶ Quis tulerit gracchos ⁊c̄. Continuat partē supiorē qua ostēdit qd Cicero in salustiū dicit Man.
Carere debet omi vitio q̄ in alterū dicere parat⁹ est. Et pgreditur ad reprehēdēdū domitianū
qui cū in adulteros legē reuocauerat iuliā titi fratris filiā quā auidētissime amauit frequneti
bus abortiuis pire coegit. Valla tñ secut⁹ pbū dicit de claudio Cesare intelligi. cui⁹ cōsilio oc-
cisa messalina vxore ipudicissima iuliā agrippinā fratris filiā matrē neronis reuocatā ab insu
la in mrimoniū accepit: cōcesso iure nuptiarū ex senatuscon. quē dicit frequenter abortū appe
tisse apud clodiū: ne et ipso coheredē neroni filiū pareret cui preparabat impiū. Et paulopost.
Certū est claudiū taxari qui fratris filiā duxit vxorē aggripinā occissa priore vxore messalina
Agrippina aūt erat neronis mater: hec ille. Quibus cū Calderino Mancinellus cōstanter re
fragat. Quia vero poeta pollicitus est scribere in sepultos: posset esse ratio cur Probo cōsenti
remus pserti cū nō sit verisile ipm in domitianū adhuc viuētē talia ausū fuisse. verūtamē sicut
Persius in neronē scribit sic tñ vt de alijs videat loq̄: sic Juuenalis in domitianū. nā multa sūt
que de domitiano dici probāt: et potissimū verba Plinij. plurima que de claudio vel q̄ nō qua-
dret ipm in pricipē viuētē scripsisse: sed dicem⁹ scripsisse nō edisse donec in exiliū missus esset.
deinde q: tot dicit qd claudio cōpetit q̄ adulterio assumptā tot facere coegerat: ſʒ id in fratris
filiā domitianus facere poterat. Tū q̄ patruo siles dicit offas. i. difformes qualis erat claudi⁹
vsq̧ adeo vt Antonia mater eius eū portentū hois diceret nec absolutū a natura: sed tm̄ incoa
tū: et si quē stultitie arguebat filio suo stultiorē dicebat. Verū possumus dicere patruo siles: q:
ex patruo cōceptas ⁊ iā formatas ad imaginē patrui. i. fratris patris. Solent eñ liberi patris
effigiē pre se ferre. Offas aūt dicit frusta carnis. i. ossa. carnē ⁊ sanguinē quo embrio coaugmē
tari debebat. Demū q: dicit nup qd de plusculo tpe q̄ dudū accipiendū docet vallen. Laurētius
et ita de claudio potius q̄ de Domitiano: verū vallen docet sm modū rei accipiendū esse: ita vt
interdū de plusculis mēsibus dicat. Itaq̧ in vtrūq̧ dici posset: sed subtiliter in Domitianū di-
ctū accipe. Vltima vitia. i. vitiosi in fine dignitatis per emphasim. ¶ Ordo est. Quis tulerit. i.
passus fuerit vel sustinuerit aut tolerauerit: gracchos: viros illos nobilissimos: sed sediosissi-
mos: querētes. i. q̄relā deponētes apd pplm de seditiōe. i. q̄ alij sint seditiosi. q. d. nemo. Quis
non misceat. i. confundat mixti in clamādo celū terris. sicut in Terētio. o celū o terra o maria
neptuni. hoc aūt faciūt maxie irati: qui nescientes q̄d primū incusent: oia sil inclamāt. q̄s ergo
nō cōmisceat terris celū ⁊ celo mare. q. d. nemo nō cōmisceat. q: quilibet cōmisceat. si fur displi
ceat verri maximo furi. et si homicida despliceat miloni notissimo parricide q̄ clodium occidit
Et si Clodius adulter manifestissim⁹ q̄ Caij Cesaris vxorē sollicitās ⁊ interpellās de adulterio
dephensus est: accuset mechos. i. minores adulteros. Nā mechū nō simplicē fornicariū ſʒ adul
terū dicim⁹. Et si Cathilina vir in patriā cōiuratissim⁹ ⁊ caput ɔiurationis accuset cethegū: cō
plicem suuʒ. Et si tres discipuli. i. imitatores sylle. i. Triūuiri Lepidus Antoni⁹. ⁊ August⁹. di-
cāt in. i. cōtra tabulaʒ sylle: in qua plurima milia hoim pscripta erāt. Qualis. i. cuiusmōi erat. i.
qualis rephensor erat alioꝝ trāsgredientiū legē quā ipe a se renouataʒ turpissime trāsgressus
est. Adulter. s. Domitian⁹ aut si mauis claudius pollut⁹ nup cōcubitu tragico. i. tam turpi ⁊ ima
ni est vt a tragicis scribi mereatur. Quid eñ tragedia digni⁹ q̄ filiā fratris abortionib⁹ necare
q̄ reuocarat. i. iterū in pristinuʒ vigorē vocarat: tūc. i. paulo ante leges: latas. s. cōtra adulteros:
amaras. i. acerbas ⁊ graues oib⁹ sup. mortalib⁹: q: tūc oms erāt fere adulteri. atq̧ timēdas ipis
marti ⁊ veneri. q̄ etiā adulterio dephensi erāt: h̄ est etiā dijs ⁊ deab⁹. Plini⁹ aūt ad pncipiū se-
cūdi naturalis historie dicit demētie esse credere mrimonia aut adulteria iter deos fuisse. Poe
te aūt aut historiā aut rē phisicā itelligūt: aut mores signt. Tūc ei mars cū venere coit qñ pla-
netarū illoꝝ coitio ē: q̄ res fulgura excitat: ⁊ ita vulcāo pditū dr̄ adulteriū. Moralr facile ven⁹
marti. i. viro bellicoso coit: q: vt i sexta hui⁹ dicet ferrū ē qd amāt mulieres. s. libidinose. Quū. i.
qñ iulia solueret. i. apiret vl laxaret p potiones ⁊ veneficia vuluā. i. receptaculū fetus. i. loculos
vel vt dicūt matricē: fecūdā. i. frequēt ɔcipiētē: tot abortiuis. i. imaturis fetib⁹: ⁊ effūderet. i. ex
tra fūderet ⁊ eijceret offas. i. frusta carnis cū sāguie siles patruo. i. repn̄tātes effigiem patrui.
i. fris pris vñ ɔcepte erāt vl turpes vt patru⁹ erat. Igr̄ cū ita sit q̄ q̄ vitia rephēdūt: ⁊ mores do

centꝰ & leges sanciūt aut in pristinū vigorē vocāt: cōtra reprehēsionē. doctrinā & leges turpissi me faciant: Nōne vltima vitia. i. cōtēptissimi hoīes vitiosi in vltima dignitate cōstituti: cōtem nūt iure ac merito scauros fictos. i. nobiles & factiosos per fictionem vitia sua occultātes sicut Marcus emilius scaurus vt recitauit Mācinellus ex Salustio: et ipa vitia. i. ipsi vitiosi: castigata: id est reprehen sa et per reprehensionē acerbam morsa. remordent: id est vicissim mordēt vnde morsa sunt. q. d. maxime. Ex quo infert quod sequitur.

Man.

¶ Non tulit: hoc loco viroꝝ vitia lauronia insectatur. Ex illis: fictis & hypochritis. Toruū .p. torue.

Lauronia

Lauronia: sic est in antiquis: sed quenā hec fuerit Mar. lib. ij. in ponticū ita scribēs ostēdit. Abnegat & retinet nostruz lauronia seruū. Respōdes orba est diues anus vidua. Dormis: tūc enim leges dormire dicūtur: quū impune quid mali agitur. Cū itaqꝫ adulteri adultereue nō puniebātur. Julia lex dormire videbatꝰ. Preterea vt habetꝰ in institutionibus lib. iiij. de publicis iudicijs. lex iulia de adulterijs coercēdis nō solum temeratores aliarū nuptiaꝝ gladio punit: sed & eos qui cū masculis nefandā libidinē exercere audent: sed eadē lege iulia etiam stupri flagitium punitꝰ: quū quis sine vi vel virginē vel viduā honeste viuentē stuprauerit. Erat & lex iulia de ambitu. Lex iulia repetūdarum. Lex iulia de annona. Lex iulia de residuis. Ad quem subridens sup. ait. Felicia scilicet sunt ironia est. Pudorē: honestatem.

Lex iulia

Catones

Tertius cato: Catones fuere plures: duo aūt celeberrimi et morū censores. Marcus Cato orator & censor. Et. M. cato pretorius qui se bello ciuili vtice interemit censorij pronepos. Natus est eniz ex M. Catone tribuno plebis filio Marci Catonis saloniany filij. M. catonis oratoris atqꝫ cēsoris qđ scribit Gel. lib. xij. c. xviij. Emilius vero probus ait ꝙ cato cēsor factus seuere prefuit ei potestati Nam et in cōplures nobiles animaduertit: & multas res nouas i edictum addidit quare luxuria reprimeretꝰ: q iā tū incipiebat pullulare. Quō aūt cato maior factꝰ est cēsor vide Plutarchū. Sed tamē vnde: eum facete remordet. Opobalsama: oībꝰ odoribꝰ preferetꝰ bal-

Balsamū

Non tulit ex illis toruum lauronia quendam
Clamantem totiens: vbi nunc lex iulia dormis?
Ad quem subridens: felicia tempora que te
Moribus opponunt: habeat iam roma pudorē:
Tertius e celo cecidit cato: sed tamen vnde
Hec emis hirsuto spirant opobalsama collo
Que tibi? ne pudeat dominū monstrare taberne.
Quod si vexantur leges: ac iura: citari
Ante omnes debet scatinia: respice primum
Et scrutare viros: faciunt hi plura: sed illos
Defendit numerus: iuncteqꝫ vmbone phalāges.
Magna inter molles concordia: non erit vllum
Exemplum in nostro tam detestabile sexu.
Tedia non lambit cluuiam: nec flora catullam:
Jspo subit iuuenes: et morbo pallet vtroqꝫ:
Nunquid nos agimus causas? ciuilia iura
Nouimꝰ? aut vllo strepitu fora vestra mouēmꝰ?
Luctantur pauce: comedunt coliphia pauce.
Uos lanam trahitis. calatisqꝫ peracta refertis
Uellera: vos tenui pregnantē stamine fusum
Penelope melius: leuius torquetis aracbne:
Horrida quale facit residens in codice pellex.
Notum est cur solo tabulas impleuerit hister
Liberto: dederit viuus cur multa puelle.
Diues erit magno que dormit tertia lecto.
Tu nube: atqꝫ tace: donant arcana cylindros:
De nobis post hec tristis sententia fertur.
Dat veniam coruis: vexat censura columbas.

samum. Est aũt arbuscula viti similior q̃ myrto ppetua coma succus e plaga manat: quẽ opobal Opobalsamũ
samũ vocãt eximie suauitatis. Lignũ xylobalsamũ vocatur: & coquit in vnguẽtis: p succo ipsius Xilobalsamus
substituere officine. Precipua aũt gratia lachryme: secũda semini: tertia cortici: minima ligno. au
ctor Plinius li. xij. c. xxvi. Dominũ: vnguẽtariũ. s. Qd si. eum accusat turpissimi coitus. Vexã
tur: exercitãtur. Leges ac iura: lex iuris est spẽs: ius eñi generale est ius ad nõ scripta etiã p Lex
tinet: leges ad ius scriptũ. Ver. i. en. Jura dabat legesq̃ viris. Jus preterea dictũ quia iustum
est. Scatinia: ea lex lata ĩ pedicones: ex cui⁹ sanctitate mltos vtriusq̃ ordinis dãnauit Domi
tianus auctore tranquillo: Dicta autẽ a Caio scatinio: qui vt scribit Valerius lib. vi. filio Mar Jus
celli vim inferre ausus est: & patre accusante dãnatus. Scrutare: exquire. Defendit numer⁹ Scatinia
Lucanus ait. Quicqd multis peccatur inultũ est. Junctęq̃ vmbone phalanges. i. acies: loqui Lex
tur aũt metaphoricos. Sed quid sit phalanx Curtius aperit ita dicens. Macedones phalangẽ Phalanx
vocant peditũ stabile agmen: vir viro: armis arma cõserta sunt. Continet aũt phalanx viros cẽ Umbo
tum & viginti: vt aliqui scribũt fiebatq̃ armorũ series vmbonibus inter se colligatis. Umbo
ne. vmbo pprie scuti pars media est quasi vmbilicus. Detestabile: vituperabile. Magna int
molles cõcordia. Nihil est. n. quod ad se rem vllam tam alliciat: & tam attrahat: q̃ ad amicitiam Amicitia
similitudo morum: vt inquit Cicero. Vera tñ amicitia in bonis dumtaxat habetur. Tedia nõ
lambit: in fellatores id scribitur. Tedia vero meretricis nomen cum alijs. Jspo: cinedi nomen Jspo
& dici potest ab ispo quod ẽ sequor. sectabatur eñi draucos. Plinius li. iiij. epistola ad Ursum de
altero vel de eodem meminit ita. Censuit Bebius Macer consul designatus lege repetunda
rum Bassum teneri Cepio Jspo salua dignitate iudices dandos vterq̃ recte. &c. Subdit: ad
fellandum scilicet & patiendum. Utroq̃: agendi & patiendi: vel potius quia fellat & pedicatur. vt
exemplum conueniat. Dixit enim. Tedia non lambit cluniam &c. Nunquid: hoc aduerbium Nunquid
indicatiuo soli adiungitur: ad quod pertinet interrogatio auctore Prisciano libro. xv. Seneca
tamen epistola. ix. subiunctiuo adiunxit: ait eñi. Nunquid perdidisset: omnia inquit bona mea
mecum sunt. de Stilbone pho loquitur. Item epistola. lxxij. ait. Nunquid illo definiendum sit
Agimus tractamus Causas: causa est negociũ cuius finis est controuersia: vt finit Appol
lodorus auctore Fabio libro. iij. Ciuilia iura: ius ciuile est equitas ↄstituta ijs qui eiusdem ci Causa
uitatis sunt ad res suas obtinendas. Item ius ciuile est quod in legibus senatuscõsultis rebus Jus ciuile
iudicatis iurisperitorũ auctoritate edictis magistratuum more equitate constat. Quod quidem
Cicero scribit in topicis. Fora. forum iudiciorum et litium est sedes: auctore Nonio: vt Festus
etiam ait: forum est in quo iudicia fieri solent. Colipbia. id est panes luctatorum. aliqui aiũt di Forum
ci a colon quod est membrum: et iphi robur. aliqui vero collipbia a collix: quod est panis subci Colipbia
nericius. Stamine. filo: dr̃ autem stamen ab stãdo q̃ eo stat omne in tela velamẽtum: subtegmẽ
vero est quod subit stamini: vt Varro scribit. Penelope melius: hec vlixis vxor absente viro p Stamen
cos tela decipiebat: pollicebatur enim absoluta tela se eis obsecuturam: noctu autem rete Subtegmen
xebat: ad officio itaq̃ nomẽ assumpsit: peniõ eñi fusus est quo reuoluitur subtegmẽ. Arachne Penelope
de hac Naso in metamorphosi. lyda puella fuit que textura cum pallade certauit: a qua postea Penion
in araneum conuersa. dicitur autem ab arao quod est compono: apto: congruo. Plinius lib. vij. Arachne
scribit: q̃ fusos in lanificio repperit Closter filius Arachnes: linum et retia arachne. Horrida Arao
inculta. quale scilicet stamen. Codice. arboris trunco. codex enim vel caudex in arbore dicitur Fusus
quod supra terrã simplex assurgit. in herbis vero caulis appellatur. Pellex. id est ancilla vel me Linum
retrix: que vxorum pellices esse possunt: cum ad eas viri accedere valent. Martialis in lib. xij. Retia
in zelotipam etiam ministros pellices appellat dicens. Cum tibi nota tui sit vita fidesq̃ mariti Codex
Nec premat vlla tuos: sollicitatq̃ toros: Quid quasi pellicibus torqueris inepta ministris: In Caudex
quibus & breuis est: & fugitiua venus? Pellex autem appellata est ea que iungeretur cum eo Caulis
cui alia matrimonij causa foret: & interpretari potest concubina. De quo Gel. libro quarto capi Pellex
tulo tertio. Notum est cur soli: illos hoc loco lauronia reprehendit: qui qdem muliebria patie
bantur. Nec solo legas cum nemo dixerit vnq̃ desunt enim exempla hui⁹ vocis: & si dixere olim
huius soli vni ipsi. Antiqui etiam tertius soli habent. Hister: seueri cinedi nomen. Tabulas:
testamenti: videlicet. Puelle vxori dedecoris sui conscie. Tertia: vir enim medius est. Drauc⁹
& vxor extremi. Tu nube ad mulieres apostrophe. id est conuersio. Cylindros: Cilindrus dici Cylindrus
tur a Cylindo vel a Cylizo quod est voluo: est enim lapis teres in modum columne: quo area eq̃ Cylizo
batur. vnde Cylindri etiam dicti sunt lapides quidam oblongi quib⁹ mulieres ornabãtur: erat Elenchi
enim summa commendatio in longitudine: vt plinius scribit libro. xxxvij. capitulo. xij. Intelli

Elenchi — guntur autem Elenchi qui fastigiata longitudine erant: quos digitis suspendere et binos ac ternos auribus feminarum gloria est inquit Plinius li.ix.c.xxxiij.

Ascen. — ¶ Non tulit ex illis ⁊c. Inducit mulierem prediuitem reprehendentem viros et arguentem eos turpitudinis summe: ea autem a quibusdam lauronia: et sic melius stat ratio metri: ab alijs laronia dicitur: sic quidam vt saluent metrum scribūt scantinia pro scatinia. Dicit ergo poeta sic Cum quidam ex ijs qui turpiter viuunt: ⁊ tamen alios seuerissime castigant: forte mulierculas reprehenderet: ⁊ seuero supercilio tanq̄ magnus zelator honestatis ⁊ fidelitatis matrimonialis: frequenter clamaret. vbi nunc es lex iulia: que non cōdemnas istas adulteras dormis. Lauronia q̄dā diues ⁊ potens ac superba mulier nō valēs eū patienter audire sed sicut moris est muliebris: primum cum ironia quadam videtur eum laudare tanq̄ sit catonibus comparandus. Deinde manifeste reprehendit eum: ⁊ consequenter omnes viros: qui lōge plura ⁊ grauiora vitia q̄ mulieres committunt: ⁊ tamen quia plures sunt ⁊ fortiores sunt. parcitur viris ⁊ non mulieribus. Non est autem institutum siue intentio poete dicere ꝙ lex iulia contra adulteros et adulteras non est toleranda: sed ꝙ eam debeant executioni mandare aut curare vt mandetur qui tali vitio ⁊ maior vacant. Quia ergo peccatum contra naturam quod dicit plurimos viros cōmisisse peius est q̄ adulterium in mulieribus repertuz: ideo innuit ꝙ qui peius peccant nō sufferuntur dum leuius peccantes castigare volunt Quod autem peccatum adulterij sit multum detestabile: patet ex lege veteris testamenti qua adultere lapidabantur: ⁊ ex legibus romanis q̄bꝰ licebat deprehensos impune corrigere. Quinetiaz christus dominus noster: qui dixit: Discite a me quia mitis sum ⁊ humilis corde: ⁊ qui deprehensaz in adulterio e manibus insidiātium prudenter ⁊ clementer liberauit: ostendit summopere displicere sibi peccatum adulterij dicens. Mathei quinto. Dictuz est: quicunq̄ dimiserit vxorem suam det ei libellum repudij: Ego autem dico vobis quia omnis qui dimiserit vxorem suam excepta fornicationis causa: facit eaz mechari. Quāuis ergo valde graue sit peccatum adulterij: tamē non satis conuenièter reprehēditur ab eo qui maiori crimine detinetur. Non ergo tulit lauronia de qua in macinello vidisti: que non negat mulieres peccare: sed ꝙ tantū peccent. Unde dicit. Non erit vllum exemplum in nostro tam detestabile sexu. exemplum autem dicit: quod quis inspicit ad hoc vt possit imitari. Aliquando autem exemplum dicitur grauissima punitio: que ad terrorem aliorum fit. Quia ergo viros peius peccare sed minus puniri q̄ mulieres videt: ideo dicit. Dat veniam coruis vexat censura columbas. Que metaphora sumi potest vel ex natura vel ex colore. Ex natura quidem: quia corui cadaueribus etiam fetidissimis vescuntur: imo interduz hūanis: Columbe nō nisi rebus mundis. Ex colore autem: quia corui sunt nigerrimi omnes: columbe autem sepe albe nunq̄ omnino nigre: sed nigra mala: alba vero bona dicuntur. hec est sententia. Artificiose autem inducitur mulier diues: id facere quia moleste sunt viris mulieres diuites potissimū reprehense: quoniā in sexta satyra dicetur. Intolerabilius nihil est q̄ femina diues. Et iterū. Deprensis nihil est audacius illis. Quia ergo verisimile est ꝙ mulier potens a molli viro ⁊ effeminato reprehensa: contumeliosa verba in eū reijceret: ⁊ quia melius mulier q̄ viro quadret virorum turpitudinem exprobrare: pulchre inducit mulierem diuitem ⁊ audacem id facientem. de cuius audacia conqueritur Martialis quia seruum suum detineat. Sunt autem quedam vocabula iu commentarijs ⁊ aliquando in textu sine quorum intellectione auctor intelligi nō posset: ideoq̄ licet fedissima paucis exponenda sunt. Pedicones ei sunt masculorum concubitores qui agunt. Pathici qui patiuntur. Drauci bene mētulati qui operam mollibus prestant. Fellatores ⁊ fellatrices qui ⁊ que pudenda lingunt ⁊ sugunt sed qui patiuntur irrumatores.

Tribades mulieres inter se quasi virile munus prestantes. Sed transeamus hec sordida que melius ignorantur q̄ sciuntur: nisi vt vitentur. ¶ Ordo est. Lauronia: mulier illa diues ⁊ imperiosa: non tulit. id est non tolerauit: nō perpessa est: quendam: poete scilicet notum: ex illis videlicet hypocritis: philosophos se dicentibus.

Toruum — toruum id est fronte seuera ⁊ immiti qualez taurus habet: ⁊ quicunq̄ minantur. vnde Horatius alludens ad bouem petulcum dicit de se dici: fenum habet in cornu ⁊c. Nec me latet oēs quos q̄dē vidi aut audiui h̄ exponere toruū ꝓ torue sicut notū est apd̄ Uirgiliū legi: sz rō cur in eoꝝ sniam nō eā est quia bene cōuenit supioribus vbi dictum est fronti nulla fides: vt hominē seuerissimam frontem et tristissimū supercilium habentem toruum dicat ab intorta frontis pelle: et superducto supercilio. Preterea essent duo epitheta aduerbialia sine cōiunctione: clamantē totiens toruum: sed ea tolerabilia sunt dum se

mutuo determinant. sicut valde diserte locut⁹ est. itaq3 dici posset: clamantem totiēs torū. id est torue. quia: tamen longius seiunctum est a participio: ꝛ vicinius dictioni quendā ego malui sic construere. quendā toruum clamantē totiens id est frequentissime. o lex iulia que lata erat in adulteros. vbi supple es nunc? dormis? quia scilicet tot adulteras pateris impunitas: ꝛ ita credidit se lauronia notatā ab illo philosopho. Ad quod supple dictum philosophi Lauronia subridens id est parū per illusionem aut irrisionē ridens: inquit sup. o felicia tempora: vel tempora sunt supple iudicanda felicia que moribus supple malis te opponūt: id est censorem et castigatorem constituunt. quod per ironiam dicit. et addit per irrisionem Roma habeat iam pudorē id est vereatur publice peccare: et accipit continēs pro contentis. romā pro romanis: quasi dicat Sint romani modo pudorosi: quia tertius cato id est seuerissimus morum cēsor: quales fuerūt duo notissimi catones: censorius et vticensis. cecidit e celo quasi ad mores castigandos demissus sit. Moris autē est quotiens numerus aliquorū notus est vbi quis reperitur illorū similis numerū facete augere. sicut Horatius in sermonibus. Hec mihi stertinius sapientū octauus quia septem erant grecie sapientes notissimi. et ita quidā sapho aut diuam catharinā decimā musarum dicunt. Sed tamen id est q̄uis ita sit ꝙ sis tertius cato id est seuerissimus morū censor dic supple bone censor vnde id est abs quo pharmacopola id est vnguētario emis hec opobalsama id est hunc succum balsami qui preciosissimus est: et nō nisi a mollibus et effeminatis ad vsum recipi solitus: que spirant id est suauem odorem emittunt. ꝛ fragrant tibi in supple collo hirsuto id est piloso et virili cum animus sit mollis et effeminatus. deinde addit quia videt eū rubore forsan perfusum: quasi dicat dic audacter vnde emis. ne pudeat. id est pudori sit tibi mōstrare supple nobis dominum taberne: id est vnguentarium seu aromatarium quem apothecarium vulgus appellat. nam taberna est vbi quid venditur quam apothecā vulgus vocat: et officina vbi quid fit: quod operatorium galli dicunt. Postea loquitur sine ironia sed minaciter dicens. Si ita est ꝙ leges ꝛ iura vexantur id est a quolibet ꝓuocantur ne dormiant: scatinia supple lex que lata est in pedicones id est masculorum stupratores propter Caium scatinium pediconem: debet citari. id est ad executionem vocari ante omnes sup. alias leges. q. d. nunc plures sunt pedicones q̄ adulteri aut aliarum legum transgressores: ꝛ ita debet lex scatinia primū re uocari. o tu bone censor respice primum viros et scrutare. id est diligenter disquire: quia dicturus est poeta ꝙ domi redimicula sumūt frontibus. quasi dicat non est satis inspicere sed oportet respicere: et non solum respicere quod est secundo loco inspicere: sed res patētes ad oculos vnde ad misericordiam refertur sicut ibi Respice in me ꝛ miserere mei. Et respexit humilitatē ꝛc. sed etiā scrutari. Scrutare igitur primū: id est facinora virorum. hi scilicet viri. faciūt plura sup. turpia facinora q̄ nos mulieres: sed numerus. id est multitudo defendit illos: ꝛ phalanges. id est tales protectiones iuncte. id est cōnexe vmbone. id est ꝑ vmbones. i. clypeorū curuaturas. q. d. quia tam multi sunt ꝛ tam potentes nihil in eos animaduertitur: quia viri non puniunt viros: preterea omnes sunt eodem vitio inquinati: et ita est magna cōcordia. id est magn⁹ consensus: inter molles. id est effeminatos: qui vicissim agunt ꝛ patiuntur. Ullum exemplum sup. vite: aut etiam ad terrorem punitionis si iuste puniamur: non erit tā detestabile. id est execrabile aut vituperabile: in nostro. id est feminino sexu: sicut sup. est in virili: et probat. quia tedia: meretrix illa famosa non lambit. id est dum osculatur: non lambit vel vt honor sit aurib⁹ nō fellat cluuiam: aliam meretricem consociam: nec flora meretrix etiam illa lambit sup. catullam commeretricem: sed ipso virille immundus ꝛ fellator subit iuuenes. id est inclinat se ad fellandum iuuenes: et pallet. id est pallidus fit vtroq3 morbo tam fellandi q̄ pedicandi: sed fellat ꝛ pedicatur. vel vicissim agit ꝛ patitur: ꝛ ita subit. id est subintrat subagitādo scilicet: ꝛ pallet vtroq3 morbo quia etiam patitur. Et licet dicendo ꝙ subit vt fellat melius quadret superiori. Tedia non lambit ꝛc. tamen dicendo ꝙ pedicet ꝛ pedicetur. melius quadret cum sequentibus: q: qui pedicatur muliebria patitur. Uos ergo viri patimini muliebria: et ita abutimini officio nr̄o etiā turpissimo: ꝛ nos non vsurpam⁹ etiā honestissimū virilium. dicit enim. Nunquid nos id est mulieres agimus causas. aut nouimus ciuilia iura. aut mouemus vestra fora vllo strepitu? q. d. minime. Pauce etiam nostrum supple luctantur in harena scilicet ad spectaculum: ꝛ pauce comedūt colyphia. i. panes luctatorum. hoc est pauce vsurpant officia virilia. At. i. sed vos id est viri trahitis lanam id est carpitis vel carminatis ꝛ refertis. id est reportatis in calathis id est vasculis ex viminibus contextis: vellera peracta. i. pexa et carpta seu carminata. ad eos vel eas vñ pagēda accipistis vos torquetis nendo: scilicet fusum instrumentū nendi ad qō filū

voluitur pregnātē.i.dēsum tenui stamine.i.filo vnde fiat stamē ⁊ hoc facitis melius.i. doctius ⁊ artificiosius penelope.i.ꝙ vxor vlixis que a textura sūmope laudatur:⁊ leuius.i.facilius ⁊ vt dicūt habilius ⁊ expertius aracbne.i.puella illa lydia que palladem ausa est ad certamē in arte texēdi ꝓuocare:abs qua victa versa est in vermē quē araneū dicim⁹:⁊ telā eius araneā:que adhuc hodie faciliter ⁊ leuiter incredibili artificio texit. Quia vero de textricibus tm̄ loqtur possemus superiorē ptē sic cōstruere. Uos torquetis.i.cōpellitis terendo fusum.i.fistulā vel cānam inuolutā filo more fusi:pregnantē tenui stamine:quale sup.stamen facit nendo scilicz:pellex: id est ancilla vel reuera meretricula que cupit esse pellex ⁊ ita ne habeat vxor cuius pellex esse cupit suspitionē:est horrida.i.male vestita ⁊ frigore cōcussa ⁊ cōtremēs:⁊ residēs in codice.i.trūco.id est ante fores suas nens vt e labore suo viuere putetur. Hic accipit aūt codex inpropria significatione:nā ideo capit pro libro copioso:quia in codice sunt multi libri:i.cortices in quib⁹ olim scribebāt. Pro trūco aūt.i.parte illa directa vsqꝫ ad ramos sepius caudicē dicim⁹. Uos ergo facitis officia muliebria.i.trahitis lanā.netis ⁊ texitis. Nec hoc satis est quin etiā patiamini muliebria. Nā notū est cur.i.quāobrē hister vir ille diues sed mollis ⁊ pathic⁹ impleuerit tabulas sup.testamēti sui solo liberto.i.noīe solius liberti:nullū coheredē ei scribēdo.quia scilicet erat draucus subagitans eū:⁊ cur viuus.i.dū adhuc sanus esset dedit multa puelle.i.vxori liberti sui.quia scꝫ tacuit ⁊ ꝑpessa est vt maritus non se sed histrū pathicū subagitaret. Ego reperio in bonis codicibus solo.nec est dādi sed auferēdi casus.⁊ ita licet solo nō legat in datiuo:legit tamē in ablatiuo. Et quia hister ideo dedit:quia passa est talia.dicit ꝙ vxor etiam pauperis viri erit diues q̄ dormit tertia.i.existēs tertia in lecto.ita ꝙ ꝑmittat diuitē patronū inter se ⁊ maritū draucū. Et hoc dico quia libertū dicit. Uel pōt sic intelligi. Notū est cur hister dederit puelle.i.vxori sue adhuc iuuēcule multa:q: tacuit ⁊ ꝑmisit libertū habere rē cum marito suo: ⁊ ergo mulier erit diues q̄ dormit tertia in lecto.ita ꝙ vir sit medius ⁊ vxor ab vna pte ⁊ draucus ab altera. Tu nube.facit apostrophen ad absentē. Tu q̄cūqꝫ es que vis ditari:nube sup.viro molli:atqꝫ tace:q: arcbana.i.secreta illa facinora que fiūt in lecto:donāt.i.cōquirūt vxorib⁹ tacentibus cylindros.i.lapillos teretes a mulierib⁹ in precio habitos. Et sententia tristis.s.in adulteras ꝑ legē iuliā lata fiet post hec.i.post hmōi turpissima virorū facinora de nobis sup.mulierib⁹. Censura.i.castigatio morum dat veniā.i.ignoscit coruis.i.pessimis quales sunt viri ⁊ vexat.i. molestat colūbas.i.mulierculas ex fragilitate ⁊ simplicitate forte peccātes. Et ita conuenietissime dixit colūbas.de quib⁹ dictū est Estote simplices vt colūbe. Et que in tutela veneris sunt ꝓpter frequētē fetū ad quē et natura instigantur.q.d.lauronia mulierculas forte repereri adulteras quia ꝑ simplicitatē forte decepte sunt:aut q: ad libidinē proniores ex fragilitate sexus deuicte: et ita potius ignoscendū illis ꝙ viris qui philosophātur ⁊ tamē peccatū cōtra naturā ꝑpetrāt. Notum est etiam cur coruos dixit viros. Omne enim nigrū malum iudicatur. Unde Horatius in primo sermonū.hic niger esse hunc tu romane caueto. Preterea corui rapaces sunt ⁊ sinistre aues: sed pergo. De his enim iam satis locuti sumus. Censura aūt est censorū iudiciū quod iustum et seuerum esse debeat:quale olim censorum fuit.

Man. Soici ¶ Fugerunt trepidi.⁊c. stoicide:ficti philosophi:de morib⁹ eī̄ locuti clunem agitabant. Stoici autē a sta:id est porticu dicti sunt. στοα, αι Apud athenas eī̄ porticus erat Zeno vbi zeno docebat:q̄ summo in honore apud athenienses habebat: adeo vt vrbis ac menium claues apud illū deponerēt.plura Laertius. Cum tu multitia sumas quēdam mollem vt habitus ostendebat arguit cum in mulierum mores ille inueheretur. Multitia Multitia: vestes erant tenues ac lucide e serico:dicta ꝙ mulcerent suauitate sua. Poeta vō intelligit de hōby- Bōbyx coa

Fugerunt trepidi vera ac manifesta canentem
Stoicide:quid enim falsi lauronia?sed quid
Non facient alij:cum tu multitia sumas
Cretice?et hanc vestem populo mirāte perores
In proculas et pollineas?est mecha labulla:
Damnetur si vis etiam carphinia:talem
Non sumet damnata togam.sed iulius ardet
Estuo:nudus agas:minus est insania turpis.
En habitum:quo te leges:ac iura ferentem

Vulneribus crudis popul⁹ modo victor:et illud
Montanum positis audiret vulgus aratris.
Quid non proclames in corpore iudicis ista
Si videas:quero an deceant multitia testem?
Acer et indomitus:libertatisq̧ magister
Cretice pelluces?dedit hanc contagio labem
Et dabit in plures.sicut grex totus in agris
Unius scabie cadit:et porrigine porci:
Uuaq̧ conspecta liuorem ducit ab vua.

ce coa: ait eñ Pli.lib.xi.ca.secundo. Nec puduit has vestes etiam viros leuitate vsurpare propter onera estiua:in tm̄ ab lorica gerēda discessere mores vt oneri sint etiam vestes.superiore vero capite dixerat ꝙ bombyces telas araneorum modo texunt ad vestem luxumq̧ feminarū que bombycina appellatur. Cretice: id est iudicās vel iudex vt sequētia indicāt: deducitur eñ mutatis litteris ab greco crites: quod iudex dicitur. crisis vero iudiciū. Perores:indignationē cōmoueas:cōmouētur enim affectus i ipsa peroratione id est orationis fine. In proculas.procule similes.meretricū nomina sunt hec oia. Talē:tam turpem. Non sumet dānata togam:femine eñ adulterij cōmissi cōuicte in publicū procedere cogebantur virili toga indute. Auctores sunt Porphirio ⁊ Achron libro primo sermonū. Sed iuli⁹ ardet:cretici verba. Minus ꝙ mollicies. En habitū:exprobrātis est. Crudis:cruētis adhuc.nā crudus dicitur ꝙ sit cruentus. Populus modo victor:Romanus quidē populus. Nā Vespasianus Claudio imperāte vt Trāquillus scribit insulā vectē britānie proximā in ditionē redegerat. Domitianus itē armenios vicerat ⁊ dacos. Montanum vulgus: in vrbe.n. eñ plebs ipā ab agris cōfluebat quotiēs leges promulgabātur. Quid nō proclames:quasi dicat omne cōuiciū Deceant testē:quasi dicat nō:tanto minus decent iudicē. Acer:ordo est. O cretice tu acer ⁊ indomitus ⁊ magister libertatis:id est morū censor ⁊ rector. Pelluces:trāsluces seu valde luces. a per ⁊ luceo. Contagio:a cōtingo dicitur morbus qui polluit quicq̇d tangit: latius tamē in Tityro iam diximus. Dedit hanc cōtagio labē: Alter alterū in vitia trudimus inquit Seneca: et epistola.vij.ait. Malignus comes quāuis candido ⁊ simplici rubiginē suā affricuit. Et philosophus libro.ij.ethicor̄ sic. Nos eñ ipsi quia magis ad voluptates sumus procliues:iccirco facilius ad intēperantiā ꝙ ad modestiā inclinamur. Porrigine porci: porrigo morbus est vbi inter pilos quedā quasi squamule surgūt:he quoq̧ acute resoluūtur:⁊ interdū madēt sepi⁹ sicce sunt fereq̧ id in capillo fit:rarius in barba aliquādo etiā in supercilio. Hec libro.vi.celsi.propter qd̄ Iuuenalis ait:scabie ⁊ porrigine idem significās. Uuaq̧ cōspecta:similitudo est.sic eñ vnū exemplū aut luxurie aut auaritie multū mali facit:vt scribit Seneca epistola.vij.

Bombyces
Creticus
Femine damnate
Crudus
Uectes insula
Pelluceo
Contagio
Porrigo
Exēplū mali

¶ Fugerūt trepidi.⁊c. Hic per cōtinuationē quādā progredit̄ poeta ad castigādos iudices: ⁊ eos q̇ sentētiā mortis ferūt cū sint mollissimi:prodēteq̧ molliciē suā habitu quē feminis mollioré in sede iudiciali habēt. De hac aūt re sic dicit Aul⁹ Belli⁹ lib.i.c.v. Hortēsius oibus ferme oratoribus etatis sue nisi marco tullio clarior:qui multa cum mūdicia ⁊ circūspecte cōpositeq̧ indutus ⁊ amictus esset:manusq̧ eius inter agēdū forēt argute admodū ⁊ gestuose:maledictis cōpellationibusq̧ probrosis iactatus est:multaq̧ in eū quasi in histrionē:in ipis causis atq̧ iudicijs dicta sunt. Sed cū lucius torquatus subagresti hō ingenio ⁊ infestiuo graui⁹ acerbiusq̧ apud cōciliū iudicū cū de causa sylle quereret̄:nō iā histrionē eū esse diceret:sed gesticulariam: dionysiāq̧:eū notissime saltatricule noie appellaret. Tū voce molli atq̧ demissa hortēsius: dionysia inquit dionysia malo equidē esse:ꝙ qd̄ tu torquate inelegās agrestis aditu difficilis. Sūt aūt verba hic poete nō ampli⁹ lauronie. ¶ Ordo aūt est. Stoicide.i.phi seuerissimi in vbis q̇dē quales erāt stoici q̇ nemini peccāti ignoscebāt:sed eq̇liter oia vitia puniēda p̄dicabāt: vt docet primo s̄monū flaccus.trepidi.i.festini ex timore ⁊ verecūdia fugerūt lauroniā.s.canētē.i. apte ⁊ alta voce ꝯ eos p̄clamātē vera ac manifesta.i.res veras ⁊ manifestas.vera sup.inq̇t poeta dico.eñ pro q̄:q̄ q̇d falsi sup.dixit lauronia.q.d.nihil. Et hoc decēter addit poeta. Ne q̇s dicat superiora esse muliebria dicta nihil veri hn̄tia s₃ ex iracūdia dūtaxat orta. Qui eñ docte loquētes inducūt nō qd̄ verū est sp:s₃ qd̄ ipis loquētib⁹ verū visum est res loq̇ faciūt. Sicut dido decepta ab vno dicit.iiij.enei. Nusq̄ tuta fides. Ne ergo q̇s dicat poetā nō cōsentire lauronie:approbat

Ascen.

dictū eius dicens.quid enim lauronia falsi.Et deinde subtiliter procedit: quasi per approbatio-
nē prioris dicti.Et ē locus a minori.Minus eñ verisiꝉe est iudicē in cā criminali esse mollē ꝙ
philosophātē:⁊ tñ iudicē mollē esse cōuincit ex habitu vnde dicit.sed ꝗd alij nō faciēt.q.d. nihil
nō faciēt:imo ꝗd libet faciēt:cū sup.ita sit ꝙ tu o cretice.i.iudex seuere sumas.i. assumas multi-
tia.i.vestē mollissimā ⁊ pellucētē vñ singula corpis mēbra ꝓspici possent ꝗ lubrici se de proceri-
tate corpis iactātes excogitauerūt.Fit aūt mihi verisiꝉe vt legat potius cretice ꝙ critice:⁊ po
tius a creta ꝙ a crite:q: seuerissimi iudices in creta fuere vt dictū est in prima huius ibi.Quas
torqueat vmbras eacꝰ.⁊c.Et cū sup.tu ꝓres.i.extremā sentētiā hoc ē diffinitiuā sentētiā feras
populo mirāte hāc quā dico scʒ mollissimā vestē.Perores inquā in.i.ꝯ proculas ⁊ pollineas.i.
meretrices ⁊ mechas quales procula ⁊ pollinea.Labulla illa mulier est mecha fateor:dānet er-
go si vis:etiā carphinia adhuc infamior mecha:ipā dānata.i.post ꝙ fuerit dānata:nō sumet ta-
lē.i.tā infamē togā vt tu sumis ꝑoraturus cās:sed sup.dices forte:iulius.i.sol in mēse iulio: vel
syrius ardet.i.ardorē vehemētē facit.ego estuo.i.calore cōficior.Respōdet poeta.Agas.i. eas
fm georgiū nudus: vel agas sup.rē iudicialē:insania est minꝰ turpis sup.ꝙ mollicies.q.d. poti
us eligēdū ē vt populꝰ te insanū ꝙ mollē dicat.Alij legūt infamia:et est ordo.infamia quā nudꝰ
agēs incurres est minus turpis.i.detestabilis ꝙ ea quā incurris agēs in multitijs. Vñ infert
per irrisionē sicut Virg.En agros:⁊ quā bello troiane petisti Italiā:metire iacēs.⁊c. En habi
tum:quasi dicat vide qualē habitum geris:quo.i.in quo:populus mō.i.paulo ante:victor.i.qua
si iā rediēs ex recēti cede hostiū:⁊ ꝑ disciplinā militarē exercitꝰ ⁊ vulneribꝰ crudis.i.adhuc hiā-
tibus ⁊ nōdū cōsolidatis:⁊ illud montanū vulgus:quasi dicat qđ notū est esse durissimū ⁊ omni
labori assuetū:quia in mōtibus degētes remoti sunt ab his que ad mollē vitā nauibus aduehū
tur.montanū dico vulgus positis:id est repositis ⁊ relictis aratris:audiret: id est audire debe-
at te ferētē leges ⁊ iura:quasi dicat nō decet in tā molli habitu ferre legem aut militiā aut agri
culturā passis:qui omni labori assueti sunt.Quid.i.quā rem nō proclames:quasi dicat nullā nō
proclames vel nihil nō proclames.i.porro hoc est a lōge clames.vel quid.i.cur nō proclames:si
videas ista.i.istos vituperabiles habitus:in corꝑe iudicis.quero eñ an multitia deceāt testem
hoc est an audiēdꝰ et accipiēdus est testis qui tā molliter vestiatur.q.d.non:quia talis infamis
est.infamis aūt nō potest firmū ⁊ ratū testimoniū perhibere:⁊ si ista nō decēt testē:o tu cretice
existēs vel existere debēs acer.i.vehemēs vitiorū castigator ⁊ punitor:⁊ indomitus.i.nullo mu
nere.nulla prece.nullis minis nulloqʒ fauore a seueritate flectēdus.Et ponitur indomitus pro
indomabili.Sicut.vij.eneid.Diues inaccessos vbi solis filia lucos.inaccessos lucos dicit: non
quos nemo accessit:sed inaccessibiles:quos nemo accedere debeat.Et in georgicis.Aut illau-
dati nescit busiridis aras.i.illaudabilis. quia laudatus erat.Nō erat ergo indomitus de quo lo
quitur:sʒ debebat esse.⁊ magister libertatis.i.qui debeas vt in ciuitate libera vnicuiqʒ ius suū
tribuere secluso omni timore ⁊ fauore.Tu inquā o cretice qui esse deberes acer.indomitꝰ.⁊ ma
gister.i.princeps ⁊ maximus cōseruator libertatis:pelluces:id est per mediū habitus tui luces
vt liniamēta corpis tui appareāt:quasi dicat minime talis esse deberes.sed scio vnde hic mor-
bus ingruerit.contagio:id est cōmerciū ⁊ ratio seu cōsuetudo quā habes cū mollibus viris:de-
dit id est genuit hanc labē:id est maculā vel inquinationē vite: ⁊ dabit hanc labeʒ in plures q:
plures te secuti idem facient:sicut totus grex:id est congregatio ouiū supple cadit:id est mori-
tur vel deterior fit scabie propter scabiē vnius supple ouis.⁊ totus grex porcoꝝ cadit porrigine
id est porcarū scabie squamosa que per squamas decidit.⁊ ita luquitur de grege ouiū ⁊ porcoꝝ:
et dat scabiē ouibus porriginē porcis.vel(quod minus placet)vtrūqʒ porcis.ꝙ pro ⁊ vua:id est
botrus cōspecta ab vua:id est existens in vmbra alterius vue:ducit.i.contrahit liuorē:id est ma
culā qualis nascitur ex percussione ⁊ nimio cōtactu:aut morsu:⁊ est plumbei coloris.Vnde Ti
bullus.Tum succos herbasqʒ dedi:quis liuor abiret:Quem facit impresso mutua dente venus
Liuor Quia vero qui inuidēt cū se corrodāt ⁊ succū naturalē cōsumāt:talē colorē habēt quales qui cō-
pressi sunt aut cōtacti violenter:ergo liuidi dicūtur.Omnis igitur cōtagio ⁊ cōsuetudo maloꝝ
parit maculā.Vnde in psalmo.xvij.Cū sancto sanctus eris:⁊ cū viro innocēte innocēs eris.Et
Contagio cū electo electus eris.⁊ cū peruerso peruerteris.Dicitur aūt hec cōtagio.hec contages. ⁊ hoc
Contages contagiū.Primū ponitur hic.Secūdū apud Lucretiū.Qui fuerāt aūt presto cōtagibus ibant
Contagia Et tertiū apud Virgiliū in bucolicis.Nec mala vicini pecoris contagia ledent.Et in singulari
apud Aulū gelliū li.viij.cap.ij.legitur cōtagio singulariter vbi dicit:quoniā nefas ducerēt no-
mina libertati patrie deuota seruili cōtagio pollui.

Fedius hoc aliquid quandoqʒ audebis amictu
Nemo repente fuit turpiſſimus. accipient te
Paulatim qui longa domi redimicula ſumunt
Frontibus: et toto poſuere monilia collo.
Atqʒ bonam tenere placant abdomine porce.
Et magno cratere deam. ſed more ſiniſtro
Exagitata procul: non intrat femina limen.
Solis ara dee maribus patet: ite prophane
Clamatur. nullo gemit hic tibicina cornu.
Talia ſecreta coluerunt orgia teda
Cecropiam ſoliti bapte laſſare cotytto.
Ille ſupercilium madida fuligine tinctum
Obliqua producit acu: pingitqʒ trementes
Attollens occulos. vitreo bibit ille priapo:
Reticulumqʒ comis auratum ingētibus implet
Cerulea indutus ſcutulata aut galbana raſa
Et per iunonem domini iurante miniſtro:
Ille tenet ſpeculum pathici geſtamen othonis
Actoris arunci ſpolium: quo ſe ille videbat
Armatum: cum iam tolli vexilla iuberet.
Res memoranda nouis annalibus atqʒ recenti
Hiſtoria: ſpeculum ciuilis ſarcina belli.
Nimirum ſummi ducis eſt occidere galbam:
Et curare cutem ſummi conſtantia ciuis:
Bebriaci in campo ſpolium affectare palatii:
Et preſſum in faciem digitis extendere panem
Quod nec in aſſyrio ꝑ haretrata ſemiramis orbe
Meſta nec actiaca fecit cleopatra carina.
Hic nullus verbis pudor aut reuerentia menſe
Hic turpis cybeles: et fracta voce loquendi
Libertas: et crine ſenex phanaticus albo
Sacrorum antiſtes: rarū ac memorabile magni
Gutturis exemplum: conducenduſqʒ magiſter.

¶ Fedius hoc aliquid quādoqʒ audebis amictu: Ordo eſt qñqʒ audebis aliquid ſedius hoc amictu. Accipiēt te: in ſacerdotes inuebitur quoꝝ collegiū Minerue in albano Domitian' inſtituerat: vbi quidem molliſſime viuebant: oſtenditqʒ eos nihil differre ab mulieribus colētibus bonā deā. Domi redimicula ſumūt fron. domi dicit. non eñ in templo talia: ſed domi peragebant. Redimicula: ea ſunt quibus mitre alligātur Sumunt tanq̄ mulieres. Bonā deam: eandē eſſe maiam bonā deam et terrā ex ipſo ritu occultiore ſacrorū doceri poſſe cōfirmat Cornelius labeo. Bona dicit̄ ꝙ omniū nobis advictū bonoꝝ cauſa eſt. Eandem alij proſerpinā credunt: porcaqʒ ei rem diuinā fieri: quia ſegetem quā Ceres mortalibus tribuit porca depaſta ē. Preterea vinū in templū eius nō ſuo noīe ſolet inferri: ſed vas in quod vinū inditū ſit mellariuʒ nominatur: et vinū lac nuncupatur: templumqʒ eius virum introire nō licebat. Hec et plura Macrobius libro primo ſat. ſunt ⁊ plura in ſatyra. vi. Abdomine. i. ſumine: qd̄ antiqui abdomen vocabāt auctore Plinio li. xi. More ſiniſtro: ritu cōtrario: viris enim nō licebat bone dee ſacris īteresse. ꝓphane īpie ſcelerate pollute irreligioſe. Prophanū inquit feſtus dicit̄ qd̄ ꝓhani religione nō tenetur. Nullo: pro nulla tibicina. Gemit reſonat. Talia qualia quidē in albano effemīati ⁊ molles ſacerdotes colebant. Orgia bacchanalia: nā orgia bacchi ſacra dicebantur. Orge ira dicitur: orgao concito. concitabantur enim in illis ſacris et furore agitabantur. Hic aūt poeta orgia dixit ob ſimilitudinē quādam laſciuie ⁊ luxus. Sed de orgibus plura diximus circa finem Georgicorum. Cecropiam ſoliti bapte laſſare cotytto. Soliti ē in antiquo textu. conuenit hoc loco magis qd̄ē meo iudicio probi illud: ſcribit eñ ꝙ bapte comedie

Man.
Redimicula
Bona dea
Abdomen
Prophanū
Orgia
Bapte

titulus fuit: in qua eupolis inducit viros athenienses ad imitationē feminarū saltātes lassare
Cotytto psaltriā cotytto: qđ nocturno tpe agebatur: ꝓpterea secreta teda. bapte demū viri ipsi ipudici hic
intelligūtur. Ille supciliū: in eosdē sacerdotes minerue in albano bacchātes scribit. Plini⁹ li.
xi. c. xli. sic ait: Extremū ambitū gene supioris antiq Ciliū vocauere: vnde ꝛ supcilia. Madida
fuligine tinctū: Vrsinus adeps raritatē supciliorꝫ emēdat mixtus cū fungis lucernarū ac fuli
Supciliorum gine que est in rostris earū: Auctor est Plinius li. xxxviij. ca. xi.. Producit: extēdit. pingit or
vnguentum do est. Et attollēs oculos pingit: tremētes tremūt em̄ quum digitis attollūtur. Pingit pli. xi.
c. xli. sic ait. Palpebre in genis hoī vtrinqꝫ. Mulierib⁹ etiā infecte quottidie: tanta est decoris
affectio vt tingantur oculi quoqꝫ. Id aūt grece Julius pollux sic appellat. Tus ophtalmus hy-
pographe: tas ophrys peleni. Hoc est oculos pingit: supcilia denigrat. Torrellius ṽo in dictio
ne phucus sic ait: Est etiā phucus color q̄dam purpureus q̄ grece phycos dr̄: vbi y grecū in v no
Phucus struꝫ cōuertet̄. de quo Xenophon in pedia cyri. Quidā inquit oculorꝫ inferiores palpebras quo
Pocl'a turpia dā phuco depingētes decorē grauissimū in aspectu cōtrahebāt. Vitreo priapo: Plini⁹ etiā li
bro. xxxiij. c. i. sic ait: Auxere ꝛ artē vitiorꝫ irritamēta: in poculis libidines celare iuuit ac ꝑ ob-
Reticulum scenitates bibere. Reticuluꝫ: tegmen capitis muliebris auctore Nonio. Serulea. i. viridi seu
Scutulata viridia si voles accusatiui esse casus. Scutulata: vestimēta orbiculos quosdā habētia in simi-
litudinē scutularū. i. rotūdarū formarū. scutulis aūt diuidere gallia istituit: Auctor pli. li. viij. c.
Galbane⁹ xlv. Galbana rasa: genera sunt vestiū dicta ab galbaneo colore q̄ est sublucid⁹ ꝛ subalb⁹ cuꝫ pal
color lore: he aūt vestes muliebres erāt dūtaxat. Et ꝑ iunonem. Et pro etiā: nō em̄ dn̄s tantū: sed etiā
minister per iunonē iurabat imitans dn̄m ipm̄: qđ agere femine solebāt. Seneca epistola. iij. li
bri. xix. sic scribit. Ita tn̄ hoc seponas volo: vt memineris maiores nostros: q̄ crediderunt stoi
Genius cos fuisse singulis em̄ ꝛ Geniū ꝛ Junonē dederunt. At ep'la. xij. de villico suo ita ait. Jurat per
Juno geniū meū se oīa facere Pli. item li. ij. c. vij sic: Cū singuli quoqꝫ ex semetipsis totidē deos faci-
ant iunones geniosqꝫ adoptādo sibi. Hoc itaqꝫ reprehendit poeta ꝙ nō ꝑ genium sed ꝑ iunoneꝫ
dn̄i minister iuraret: muliebri. s. more. Vn̄ sic apud petroniū arbitrū q̄rtilla loq̄tur. Junonem
meā iratā habeā si vnq̄ meminerim virginē fuisse. de genio aūt latius in sat. vi. ibi. s. nemo ma-
Pathos thematic⁹. Ille tenet speculū: in eosdē sacerdotes ꝓsequit̄: q̄ vt femie speculo se comebāt. Pa
Redo pudiciciā Reprehensurus poeta mulierum lasciuiam inquit Aureo seculo qđ fuisse sub saturno perhibēt se credere pudiciciā in terris fuisse. Seculo vero argēteo quo quidē iuppiter regna recepit cepisse etiam adulteria: vnde antiquū r vetus est alienū cōcutere lectū.itaq3 vrsidio nullo pacto vxorem ducēdā cōsulēs mulierū vitia explicat.Saturno rege:Saturn⁹ etate aurea in latio regnauit quo tēpore fides iustitia r omnis virtus colebatur: et tellus per se dabat omnia non bella nō enses erāt ver erat eternū. De hoc Maro lib.viij. inqt. Primus ab ethereo venit saturnus olympo Arma iouis fugiēs et regnis exul ademptis.Is genus indocile ac dispersum motibus altis cōposuit: legesq3 dedit latiūq3 vocari maluit:Is quoniam latuisset tutus i oris.Aureaq3 vt perhibēt illo sub rege fuere secula:sicq3 placida populos in pace regebat.Deterior donec paulatim ac decolor etas.Et belli rabies et amor successit habendi. De hoc etiā latius.Hesiodus li.i.georgicon.Spelūca domos:Pli.li.vij.sic ait.Laterarias domos cōstituerūt primi curyalos r hyphios fratres athenis:antea specus erāt pro domib⁹.Laremq3:colebāt eñ domi lares in ipo foco:q deorū penatiū ara est:ut etiā porphirio edocet.Hinc Naso li.i.tristiū de vxore inqt.Illa sed ante lares sparsis prostrata capillis.Contigit extinctos ore tremente focos.Et columella li.xij.de villico inquit.Consuescatq3 rusticos circa larem domini focū familiarē epulari.Cato itē in re rustica de officio villice inquit.Calēdis nonis festus dies quū erit.Coronam in focū indiat:per eos itaq3 dies lari familiari pro copia supplicet. Cynthia:ea propertij fuerat amica.Unde ait ipe Cynthia prima suis miserū me cepit ocellis.Itez Cynthia prima fuit:Cynthia finis erit: proprie tamē hostia dicebatur vt edocet Apulei⁹ in prima oratione.Nec tibi o lesbia catulli amica que extinctū passerem fleuisti.De quo ipe Catul⁹sic Passer mortuus est mee puelle.Quē plus illa oculis suis amabat:r inferius.Tua nūc opa mee puelle flendo trugiduli rubēt ocelli:Ea proprie Clodia dicebatur auctore Apuleio in prima oratione.Infantibus hubera magnis:tradit Hesiodus:vt aiūt primo seculo hoies centum annis sub matris imperio stetisse tanq3 adhuc infantes.Celoq3 recenti. Diodorus libro primo refert

Saturni etas

Domus antiquorum Lares

Cynthia Hostia

Lesbia Clodia

Mundi ordo
Gens prisca

ab rerū primordio ⁊ celū ⁊ terrā vnicā habuisse ideam immixta eorū natura. Exinde distinctis inuicē corpibus cepisse mūdū hūc ordinē quē videmus. Rupto robore nati. Vergilius idē li. viij. vbi euāder enee loqtur. Hec nemora indigene fauni nymphecꝫ tenebāt: Gensqꝫ virū trūcis ⁊ duro robore nata. Quis necꝫ mos: necꝫ cultus erat: nec iūgere tauros. Aut cōponere opes norant: aut parcere parto. Sed rami atcꝫ asper victu venatus alebat. Compositiqꝫ luto nullos habuere parētes. Tradūt egyptij ab orbis initio primos hoies apud se creatos: tū bonitate felicitatecꝫ soli: tū propter nilū qui ⁊ alia multa produxit genera. auctor est Diodorus libro primo.

Hoies primi in egypto

Ascen.



Credo pudicitiā. ⁊c. Secūdū calderinū argumētū huius sexte satyre hmōi est. Adulteria que lege ꝓhibuerat domitianus tota satyra insectat poeta: ⁊ legem irridēs que cōtemnebat: ⁊ notās tēpora sua. Monet autē posthumū vrsidiū qui de vxore ducenda tractabat: oēm vite sortē cōnubio preferendā esse: imo etiā mortē ⁊ eam quidē turpissimā q: suspēdio pagēdā: nō ꝙ cōnubia damnet: sed q: intolerabiles rome sint vxores tū ꝑpter adulteria: tū ꝑpter intolerabilē superbiā. Unde multa mulierū vitia recitat: repetitacꝫ seculorū origine: ostēdit nullū vitiū appetijsse prius mortales ꝙ adulteria. Scribit idē calderinus ꝙ tres ioues fuerūt: duo theologi nati in arcadia: quorū alter erat filius etheris ⁊ proserpine frater: alter filius celi ⁊ pater minerue: tertius saturni filius: a quo ipse saturnus expulsus cū iano in latio regnauit etate aurea vt Hesiodus primus docuit. Homerus vero si platoni credimus seculū aureū designauit in cyclopibus: quos scribit post diluuiū mōtiū cacumina tenuisse: in spelūcisqꝫ victitasse fructibus spōte nascētibus. ¶ Ordo est. Ego inquit Juuenalis credo quidē pudicitiā. i. cōiugalē castitatē: moratā sup. esse: in terris: inter hoies scilꝫ. saturno rege. i. regnāte vel existēte rege. hoc est dū regnaret in latio: et visam diu cū. i. qn̄ spelūca. i. cauerna in terra aut rupibus exhausta: aut manu aut natura. frigida: nullis plumis scilꝫ fulta: ⁊ in terra que frigida est locata: pberet sup. mortalibus puas domos. i. domicilia modica: cꝫ pro ⁊ et cū spelūca clauderet coi. i. vna ⁊ eadē vmbra. i. cooptura. s. testudine spelūce ignē ⁊ larē. i. deū familiarē qui in foco colebat ⁊ pecus: cū cubilia aut stabula nō haberēt: ⁊ videt respexisse ad polyphemū quē virgilius tertio eneid. dicit oues in antro suo habuisse: ⁊ quē homerus dicit aurea etate fuisse: ⁊ dn̄os. i. patresfamilias. ⁊ cū vxor mōtana. i. in mōtibus habitās: sterneret. i. equaret et strueret thorū. i. lectū a tortis herbis dictū: frōdibus. i. arborū folijs q ꝓprie frōdes sunt: ⁊ culmo. i. calamis segetū: qui q: sternūtur stramina a plerisqꝫ vocātur: ⁊ pellibus ferarū vicinarū: q: inter eas versabat. Existēs sup. haud. i. nō silis tibi o cynthia: amica proptij de qua ipse in principio sic Cynthia prima suis miserū me cepit ocellis: Contactū nullis ante cupidinibus: nec silis tibi o lesbia amica catulli: cuius nitidos ocellos passer extinctus. i. mortuus: turbauit lachrymis scꝫ: vt approbat catullus ipse. Sed ferēs vbera potāda nō solū sugēda: ergo magna ⁊ magnis infantibus qui tūc magni erāt qn̄ materno lacte nutriebātur: qd̄ potius dicerē ꝙ ꝙ ideo magni dicātur: q: ſm hesiodū primo seculo hoies centū annis sub matris impio steterāt: quia nō semp sugebant. Uult autē poeta duo ostēdere hūano generi vtilissima: vtpote quo medio pudicitia conseruari posset: q: eodē quo tūc seruata est scꝫ labore: vigilia: neglectiore cultu: liberorū ꝓprijs mamillis educatione: frigore: ⁊ parco alimēto: q: vt dicit Comicus Sine cerere ⁊ baccho friget venus. i. sine cibi ⁊ potus copia nulla est luxurie potētia. Hec aūt oia latius explicabit poeta in hac satyra ibi Seruabat castas hūilis fortuna latinas. ⁊c. Itē quo pacto validiores sint infantes: q: si materno lacte nutriātur. De qua re phauorinus phs apud Aulū gelliū li. xi. cap. i. multa notatu dignissima profert. inter q hec sunt ad matrē q filie nutricē procurauerat verba. Oro te mulier sine eā totā ac integrā esse matrē filij sui. Qd̄ est em̄ hoc contra naturā impfectū atcꝫ dimidiatū matris genus: pepisse ac statim a se se abiecisse? Aluisse in vtero sanguine suo nescio qd qd̄ nō videret: nō alere suo lacte qd̄ videat: iā viuētē: iā hoiem: iā matris officia implorātē? An tu quocꝫ putas naturā feminis māmarū vbera quasi quosdā neuulos venustiores: nō liberorū alendorū: sed ornādi pectoris cā dedisse? Et alia multa: q illic vidēda sunt. Priscis ergo tpibus naturā secute suos fetus alebāt. Unde dicit hic ꝙ magnis infātibus vxor mōtana ferebat: existēs sepe horridior. i. aliqūtulum horrida. i. frigore cōcussa: marito ructāte glādē: qua tūc scꝫ ⁊ aqua vescebātur. vt Boetius attestat: ⁊ Virg. geor. i. his verbis. Liber ⁊ alma ceres: vestro si munere tellus. Chaoniā pingui glādē mutauit arista. Poculacꝫ inuētis acheloia miscuit vuis. Quippe q: certe homines viuebāt tūc aliter: orbe. i. globo mūdi existēte nouo: ⁊ celo recēti. i. recenter a terra ceterisqꝫ elemētis dirēpto: ſm gētiles. ⁊ ſm nos recēter a deo creato. Sed aduertēdū ꝙ cū vnaquecꝫ gens antiqtatis gloriā lubēter sibi vēdicet: vt archades ſm statiū. ⁊ gēs italica ſm Uirgiliū

Joues tres

Etas aurea

que asserit suos indigenas.i.hoies nō aduenas sed inde.i.ex eo loco genitos: ea tempestate fuisse qua ianus saturnū accepit: ⁊ id in exordio mūdi cū tn̄ constet aduenīēte saturno vel quo tp̄e eū aduenisse dicūt: multos pp̄los in multis regionibꝰ fuisse: sed poetice fingit poeta sub saturno illo mūdū fuisse nouū: ⁊ populū nouū: cuiꝰ q᷑ creationē cape nō poterāt: dicebāt ex celo ⁊ terra.i.virtute celesti q̄si ex putrefactiōe genitos: q᷑ vero in cauatis arborib' residebāt fictū est ꝙ gens illa sit duro robore nata. vt Vergiliꝰ dicit: Et statiꝰ bis vbis. Arcades huic veteres astris lunaq₃ priores Agmina fida datis. nemorū vos stirpe rigēti: fama satos: quū prima pedū vestigia tellus Admirata tulit: nōdū arua: domusq₃ nec vrbes: Cōnubijsq₃ modꝰ: quercꝰ lauriq₃ ferebāt Cruda puerpia: ac pp̄los vmbrosa creauit Fraxinꝰ ⁊ feta viridis puer excidit orno. ⁊c. Viuebāt g̊ alit̄ tūc hoies: q̄ nati robore rupto vt eniteret̄: ⁊ q̄ ꝯpositi luto: nullos habuere parētes.

Multa pudicicie veteris vestigia forsan
Aut aliqua extiterāt ⁊ sub ioue: sed ioue nondum
Barbato: nondum grecis iurare paratis
Per caput alterius: quum furem nemo timeret
Caulibus aut pomis: et aperto viueret horto.
Paulatim deinde ad superos astrea recessit
Hac comite: atq₃ due pariter fugere sorores
Antiquum et vetus est alienum posthume lectū
Concutere: atq₃ sacri genium cōtemnere fulcri.
Omne aliud crimen mox ferrea protulit etas
Viderunt primos argentea secula mechos:
Conuentum tamen et pactum: et spōsalia nostra
Tempestate paras: iamq₃ a tonsore magistro
Pecteris: et digito pignus fortasse dedisti.
Certe sanus eras: vxorem posthume ducis?
Dic qua tisiphone: quibus exagitare colubris?
Ferre potes dominam saluis tot restibus vllam
Cum pateant alte: caligantesq₃ fenestre?
Cum tibi vicinum se prebeat emilius pons?
Aut si de multis nullus placet exitus: illud
Nonne putas melius: ꝙ tecum pusio dormit?
Pusio qui noctu non litigat: exigit a te
Nulla iacens illic munuscula. nec queritur ꝙ
Et lateri parcas: nec quantum iussit anheles?

Man.

¶ Multa pudicitie. hactenꝰ de prima: nūc vero de scd̄a dicet etate. Per caput alterius. Ascaniꝰ libro.ix eneid. etiā ait: ꝑ caput hoc iuro ꝑ qd̄ pater āte solebat. Paulatim deinde. scribit Higinꝰ ꝙ virgo teste Hesiodo iouis ⁊ themidis filia teste Arato Astrei et aurore: q̄ in aureo seculo fuerat: eorūq₃ princeps ꝓpter diligētiā ⁊ eq̄tatē iustitia appellata in celū fugit etate enea: cū hoīm scelera pati non potuisset.

Astrea
Justitia

Astrea: astrei et aurore filia iustitia appellata: vt patuit. Hac comite: videlʒ pudicitia. Due sorores: iustitia scʒ ⁊ pudicitia. Sacri.i.matrimonialis. Ouid. li.iij. de arte nuptā veneratū iri ostēdit: dicēs.

Nupta

Nupta virū timeat: rata sit custodia nupte: hoc decet hoc leges iusq₃ pudorq₃ iubent. Geniū: numē. Fulcri.i.lecti: fulcra eñ dicūtur esse summe lectoꝝ ꝑtes ⁊ ornamenta dicta ꝙ toros fulciant et sustineant.

Fulcra
Pactū

Cōuētū: hoīm cetū. Pactuʒ: Cicero li.ij. rhet. sic ait: Pactum est qd̄ inter aliquos conuenit qd̄ iā ita iustū putatur vt a iure ꝓstare dicat̄.

Sponsalia

Spōsalia: ea dicūtur eē futurarū nuptiarū promissiones Gelliꝰ aūt lib.iiij.ca.iiij. scribit ꝙ olim in latio sic spōsalia fiebant. Qui vxorē ductur' erat ab eo vnde ducenda erat stipulabat̄ eā in matrimoniū ductum iri. Qui daturus erat itidē spōdebat daturū Is cōtractꝰ stipulationū sponsio nūq₃ dicebat̄ Spōsalia: Tū que promissa erat sponsa appellabat̄ qui spopōderat ducturū spōsus.

Sponsa
Sponsus

Iā pecteris: vt cultior eas ad spōsam. Pignus: anulum intelligit. Quem vt scribit Macro. lib.vij. Cōmunis q̄dē assensus in digito q̄ minimo vicinꝰ est: ⁊ manu precipue finistra gestādū esse per

suasit: quoniã neruus quidã e corde natus vsqꝫ ad digitũ men⁹ sinistre minimo proximũ pergat
et illic desinat implicatus ceteris eiusdem digiti neruis: ideoqꝫ visum veteribus vt ille digitus
anulo tãꝙ corona circũdaret. quo quidẽ anulo vtriusqꝫ cõiugis amor cõiũgi solet. Posthume: Posthumus
posthum⁹ hic ꝓpriũ est viri nomẽ. nã ⁊ aliud signat: vnde ceseilius posthuma inq̃t proles nõ eũ
significat q̃ patre mortuo: sed q̃ postremo loco nat⁹ est. auctor est Gellius li.ij.c.xvi. Uxorẽ post Uxor an du
hume ducis. Metelli numidici de ducẽdis vxoribus ad populũ hec verba fuere. Si sine vxore cenda;
possemus Quirites esse: oẽs ea molestia carerem⁹: sed qm̃ ita natura tradidit. vt nec cũ illis sa-
tis cõmode: nec sine illis vllo mõ viui possit: saluti ꝑpetue potius ꝙ breui voluptati consulendũ
Auctor est Gellius li.i.c.vi. Caligãtes. i. oculos obscurãtes. Emilius pons. is est in via flami-
nia: distãs ab vrbe vltra primũ lapidẽ quẽ auctore plinio de viris illustrib⁹. M. Emilius scaur⁹
censor fecit. Ideoqꝫ Miluius etiã dicit̃. Exitus: finis. Nõne putas. Ironice loq̃tur: ostẽdit eniꝫ
illũ pedicone. nã dormit nõ dormiat inq̃t. Inferius etiã ait. Mechoꝝ notissim⁹. Pusi. Uarro Pusus
scribit pusum puerũ dictũ fuisse: ⁊ pusam puerã. Unde pusio nascit̃: qð nomẽ in pathicos cõui- Pusa
cij fuit. Qua quidẽ voce Apuleius li.ix. in adulteros sic vtitur. At vero adulter bellissim⁹ ille pu- Pusio
sio inclinatã dolo pronã vxorẽ fabri sup incuruat⁹ secure dedolabat. Exigit: querit. Queritur: vti
mulier assolet. Lateri parcas: id est ꝙ nõ cocas. Latera eñ tunc offenduntur. Martialis libro
duodecimo. R..mpis basse latus: sed id conaris vxoris tibi dote quod parasti. Iussit: quid mu-
lieres agunt: non enim satis est ei semel ⁊ bis ascendi. Ascen.

¶ Multa pudicitie ⁊c. Ostẽdit quõ pudicicia ꝑma defecit. i. dereliq̃t mortales: ⁊ ꝙ parũ apð
eos mansit. vt ex ordine capies qui talis est. Multa vestigia veteris pudicicie forsan: aut si nõ
multa: saltẽ aliqua extiterãt ⁊. i. etiã sub ioue. i. sub etate argentea: sed ioue nondũ barbato. i. pri
usꝙ iuppiter esset barbat⁹: et grecis nondũ paratis iurare ꝑ caput alterius: dicit grecis nõdũ
paratis tanꝙ ꝑfidis ⁊ periuris vt q̃bus nunꝙ deest testimoniũ: nec testis ꝑcio iurare paratus
vnde cepit fides eis a negociatoribus minor haberi: cogebant̃qꝫ p̃nti pecunia oĩa mercari. vñ
Plau. in asinaria. Cetera q̃ volum⁹ vti greca mercamur fide: hoc ẽ tradito precio e vestigio. ꝙ
vero addit ꝑ caput alterius ẜm iterp̃tes huius loci intelligẽdũ est grecos potissimũ in testimo
niũ ꝑ caput alterius iurare solitos: vt pater per caput filij: quasi ꝑ salutẽ eius. qð videt̃ pulchre
significasse Iulus ascanius lib.ix. dicẽs. Per caput hoc iuro per qð pater ante solebat. q.d. ego
nũc more italico ꝑ hoc. i. ꝑ meũ caput iuro: ꝑ qð p̃r me⁹ eneas cũ grecissaret iurare solebat ante:
sup. ꝙ in italiã venisset. Sꝫ huic loco (meo q̃dẽ iudicio: nam ab alio nõ accepi) nõ male q̃dra-
ret: si dixerim⁹: grecos tũc ꝑ caput alteri⁹: vt saturni aut iouis: iurare incepisse vbi eos deos eẽ
effinxerãt. q.d. cũ iuppiter ⁊ saturn⁹ ꝓ mortalib⁹ haberent̃: nec iuppit̃ ꝑ flagitia ⁊ adulteria apud
grecos meruisset vt ꝓ deo haberet̃ ⁊ ꝑ ei⁹ caput iurarẽt: ⁊ quũ nemo timeret caulibus ⁊ pomis:
(nã fruges nõdũ inuẽte erãt). i. holerib⁹ ⁊ fructib⁹ arboꝝ: furẽ: ⁊ cũ sup. quilibet viueret horto
apto. i. nõ clauso ꝯ fures. i. cũ nemo decerpet qð nõ plãtauerit. Quia vt Pli. scribit: Seua latro
cinatio coegit ꝑfigere aspect⁹ hortoꝝ. Quinetiã post inuẽtã frugẽ vbi fures qð nõ seuerãt me-
tere inceperũt inuẽte sũt leges: ⁊ iõ vocat virgili⁹ cererẽ. iiij. eneið. legiferã dicẽs legifere cere
ri. ⁊c. Astrea. i. virgo astrei filia q̃ iustitia dicta est. de qua Uirg. in buc. Iã redit ⁊ ṽgo redeunt
saturnia regna. Et Oui. victa iacet pietas: ⁊ ṽgo cede madẽtes Ultia celestũ terras astrea reli
quit. recessit a mortalib⁹. s. paulatim: qꝛ ẜm Ouið. vltima: deinde: increscẽte. s. ꝑfidia ad supos:
ad quos oẽs iusti tẽdũt: hac. s. pudicitia comite. i. comitãte ẜm Iuue. cũ tñ ẜm alios multo ante
discesserit pudicitia ꝙ iustitia atqꝫ due sorores. s. iustitia ⁊ pudicitia: fugere. i. fugerũt pariter. o
posthume ãtiquũ ⁊ vet⁹ ẽ sup. institutũ: cõcutere. i. cõturbare violare. lectũ. i. torũ alienũ: ꝑ adul
teriũ. s. atqꝫ cõtẽnere: geniũ. i. deũ ğnatiõis: ⁊ sacri. i. m̃rimonialis: fulcri. lecti q̃ genialis dr̃. ꝑo
nit aũt ꝑtẽ ꝓ toto: qꝛ fulcrũ est quo lect⁹ fulcit̃. ⁊ bñ dicit sacri: qꝛ m̃rimoniũ legitimũ sacramẽto
fit: aut qꝛ de iure lect⁹ m̃rimonialis sacer. i. inuiolabil' sit. Etas ferrea ꝓtulit. i. ꝓduxit mox. i. pau
lo post: oẽ aliud crimẽ ꝑter adulteriũ scꝫ. sed secula argẽtea viderũt ꝑmos mechos. i. adulteros
qꝛ int̃ deos etiã adulteria fuisse asserũt: qð magne demẽtie Pli. adiudicat. Ponit aũt Iuue. mo
re latinoꝝ tres tm̃ etates. Latini eñ poete cõsiderãtes: oẽ seculũ aut mere bonũ aut ꝑtim bonũ
ꝑtim m lũ: aut mere malũ: vocauerũt primũ aureũ: scðm argenteũ: ⁊ tertiũ ferreũ. Greci autem
in illo mixto gradus cõsiderantes ponũt quattuor: aureũ tempore deorũ quo nullũ penit⁹ vitiũ
erat: argenteũ quoqꝫ tpe deorũ: sed paucis obrepentibus vitijs inter mortales ercũ. tempore
heroum qui semidei putati sunt: ⁊ ferreum inter homines qui natura proni ad malum sunt. Et
tamẽ ꝙuis prima fuerint adulteria et ea nũc plurima sint tu o posthume: paras id est pretẽdis
cõuentũ supple amicorũ: et pactũ id est modũ cõtrahendi matrimoniũ: et sponsalia id est spon-

none de futuris nuptijs: nostra tẽpestate .i. nostro tpe in quo tot regnãt adulteria: tu em̃ pecteris iã a tonsore magistro .i. vt in die nuptiarũ honestior sis comã exornari facis a tõsore pito: ⁊ fortasse dedisti digito puelle pign⁹ .i. anulũ q̃ fm̃ Pli. olim ferreus erat q̃ stati pacte vxori mittebat: certe: nũquid sanus eras? quũ scilz sponsalia firmares: tu ne vxorẽ ducis posthume? dic qua tisiphone .i. furia infernali te ipellente. Tres em̃ sunt: tisiphone: megera: alecto. dic quib⁹ colubris .i. serpentibus quos furie pro capillis hñt: ⁊ quos eis quos furere volũt iniciũt: exagitare .i. exagitaris: hoc ẽ furiaris ⁊ in furorẽ raperis. potes tu ferre .i. tolerare ⁊ pati vllã dñam id ẽ vxorẽ tibi dñaturã. sed et greci et latini cõiuges dñas vocãt: tot restib⁹ .i. tot chordis ⁊ funibus q̃bus te posses suspẽdere saluis. q.d. rem icredibilẽ mihi facis: ⁊ potes ferre dñam: cũ alte fenestre ⁊ caligãtes .i. oculos obscurantes ne forte retraharis ab icepto terrore mortis: pateãt id est apte ⁊ parate sint tibi ad p̃cipitiũ: vt rupturus collũ te p̃cipites: ⁊ cũ pons emili⁹ .i. a M. emilio scauro cõstructus prebeat se tibi vt te p̃cipites submergẽdũ. aut si nullus exitus vite scz de multis q̃ multi sunt placet tibi: nõne putas melius eẽ q̃ pusio .i. puer pathic⁹ ⁊ ipudicus dormit tecũ. qui nõ litigat noctu sicut vxores solent: q̃ iacẽs illic in loco noto vtpote inter brachia tua vt turpiora taceã nulla munuscula exigit a te vt vxores exigũt. nec q̃ritur .i. ɔquerit q̃ pcas lateri sup. tuo: debitũ subtrahẽs: nec ꝑ et nõ: ⁊ q̃ nõ anheles .i. ãplereris eũ q̃tũ iussit .i. voluit sicut vxor. Hec aũt oĩa hiphbolice dicta sunt ⁊ satyrice: a poeta nimiũ auide adulteria et fastidia mulierũ execrante: nã q̃ sancte ⁊ caste loqui vellet: nõ consuleret maiora mala incurrere ad minus euitãdũ: sed maius malũ est sese interimere q̃ vxorẽ etiã adulterã pati: pessimũ aũt crimẽ est masculis abuti. et ita nõ debemus poete auscultare nisi quaten⁹ adulteria detestet: modus em̃ detestandi nõ ex sententia poete: sed hyperbolicos ponit. q.d. omne tibi malũ tolerandum et omne facinus etiam turpe perpetrandum esse: potius q̃ vxorem ducas.

Sed placet vrsidio lex iulia: tollere dulcem
Cogitat heredem cariturus turture magno
Mullorumq́ iubis ⁊ captatore macello.
Quid fieri nõ posse putes: si iungitur vlla
Vrsidio? si mechorum notissimus olim
Stulta maritali iam porrigit ora capistro
Quem totiens texit perituri cista latini?
Quid q̃ ⁊ antiquis vxor de moribus illi
Queritur? o medici mediã pertũdite venam
Delitias hominis. tarpeium limen adora
Pronus: ⁊ auratam iunoni cede iuuencam
Si tibi contigerit capitis matrona pudici.
Pauce adeo cereris vittas contingere digne.
Quarum non timeat pater oscula: necte coronas
Postibus: ⁊ densos per limina necte corimbos
Vnus iberine vir sufficit: ocyus illud
Extorquebis: vt hec oculo contenta sit vno

Man.

¶ Lex iulia. q̃ adulteros puniebat. de q̃ in satyra .ij. latius videto. Tollere .e. educare: q2 marit⁹ ⁊ verus pat: nõ adulter. Caritur⁹ turture magno. Captatores em̃ orbis tãtũ donabãt: vt ipsi heredes fierent. Turture magno: nõ de pisce intelligas: sed de aui.

Turtur auis

Martialis em̃ lib. iij. ait. Aureus imo dicis turtur te clunibus implet. Ponitur i cauea mortua pica mihi. Itẽ in eodẽ libro in zoilum. Et concubino turturũ nates donat. Et libro .xiij. Dum pinguis mihi turtur erit ⁊c. Quid fieri non posse putes. Similiter fere ⁊ Maro in buc. Mopso nysa datur: quid non speremus amãtes? Iubis barbis. Nã barba gemĩa insigniuntur iferiori labro Mulli vt docet Plinius li. ix.

Mulli

Stulta ora. Stultũ minus est q̃ insanũ. Horatius sat. iij. lib. ij. Stultũ me fateor. liceat cõcedere veris. Atq̃ etiã insanũ.

Stultum
Insanum

Perituri latini: id est habẽtis vxorẽ mechã sicut latinus. Thymelen habebat: q̃ mimus erat Domitiani. Perituri id inquit: qm̃ nõ sine periculo deprehẽdunt vxores: q̃ quidẽ adueueniente viro adulterũ celant quocũq̃ modo. quod si nõ licuerit inter virũ atq̃ adulterum pugna oritur Horati⁹ itẽ mechos occultari tradit his v̄sib⁹. An turpi clausus in arca. Quo te de-

misit peccati cōscia berilis. Cōtractū genibus tāgas caput. Erat aūt Cista celādis idonea: Unde Macrobius libro primo sat. vbi de seruis loquitur: sic ait. Cepionē quoq; qui in Augusti necem fuerat animat⁹: postq̄ detecto scelere dānatus est. Seruus ad tyberim in cista detulit peruectūq; ostiā in agrū laurentē ad villā patris nocturno itinere perduxit. Quid: dicendū scilicet Mediā venā. Medicoꝝ peritissimi in brachio eā aiunt esse: q̄ cū epati ⁊ cerebro sanādo cōmunis sit media dicitur. Id itaq; Juuenalis ait. vt vrsidiū insanū ⁊ furiosum ostēderet. Placet autem potius vt media vena frontis intelligatur: ait enī satyra. xiiij. Jāpridē caput hoc vētosa cucurbita querit in quo loco etiā plura diximus. Uena aūt ea dicitur: qua sanguis cōtinet: vt inqt interpres phi lib. iij. de aialibus. Delitias bois: solēt auctores in re leuiore ab o suspēdere vt Cicero in Antoniū Indignū facin⁹ et hominē nequā: qui nō dubitaret vel in foro alea ludere vel cū lege de alia cōdēnatis. Et plini⁹ iunior ad octauiū hoiem te patientē vel potius durū ac pene crudelē qui tā insignes libros: tā diu teneas. Est aūt acclamatio in eū: qui moribus sui seculi nō cōtētus electissimā mulierē querat. Tarpeiū limen. Jouē capitolinū: cōtinēs p cōtēto. Auratā iunoni iuuencā. hoc ideo quoniā iuno pronuba est. Unde Virg. Junoni ante oēs cui vincla iugalia cure. Item lib. iiij. et pronuba iuno. Auratā iuuēcā. Deoꝝ honori vt li. xxxiij. c. iij. Plini⁹ tradit in sacris nihil aliud excogitatū est q̄ vt auratis cornibus hostie maiores dūtaxat immolarētur. Meminit itē ⁊ li. xvi. c. iiij. Pauce adeo. Cereris victas cōtingere digne: hoc ait quoniā vt inquit Ouidi⁹ li. i. de amorib⁹: Casta est quā nemo rogauit. Aut si rusticitas nō vetat: ipsa rogat. Et Mar. ait. Quero diu totā sophroni ruffe p vrbē. Si qua puella negat nulla puella negat. Adeo: certe vel intantū vtrūq; hic cōuenit. Cereris victas. Diodorus li. vi. scribit q̄ Athenienses publice deā cererē preceteris coluere tū sacrificijs amplissimis: tū eleusine mysterijs que antiqtate castimoniaq; apud oēs hoies vulgata erāt. Colebat ⁊ Ceres in vrbe a matronis Hinc Liui⁹ ait. Sacrū anniuersariū cereris intermissum esse: q: nec lugētibus facere id fas est nec vlla illa tēpestate matrona luctus expers fuerat. Qd aūt caste deberēt esse. Ouidi⁹ quoq; libro quarto fast. ostēdit dicēs. Sed si tura aberint hudas accēdite tedas. Parua bone cereri sint modo casta placēt. Timeat: tanq̄ lasciue data. Plutarchus in problematis scribēs cur institutū fuerit: vt mulieres cognatos ore oscularētur: An inquit vt multi putāt q̄ ijs vini vsus interdictus esset. ⁊ iccirco ne bibētes laterēt: sed domesticoꝝ cōgressu redarguerētur: osculādi consuetudo inducta est. An q̄ cognatoꝝ cōnubijs lege prohibitis hoc comitatis genus ad osculū vsq; processit: ⁊ hoc solū cognationis signū ⁊ cōmunicatio relicta est. Refert ⁊ duas alias cās: ee tamē placuere magis. Plini⁹ itē lib. xiiij. c. xvi. sic Cato ideo ppinquos feminis osculū dare vt scirēnt an temetū olerēt hoc tū nomē vino erat: vnde ⁊ temulētia appellata. Un⁹ iberine vir sufficit. Id superiori sentētie accōmodatur. Extorquebis: torquēdo elicies atq; extrahes.

¶ Sed placet vrsidio ⁊c. Sed forte inqt poeta lex iulia placet vrsidio. i. approbat legē latā cōtra adulteros nō vult ampli⁹ esse adulter: sed gnare legitimos liberos. s3 id fieri nō posse videt potissimū cū sit maximus adulter ⁊ vxorē castā petat: qualē etiā si ipse cast⁹ eēt difficilimū eēt repiri: ⁊ ita pgredit ad vitia mulierū notāda. Ordo est. Sed sup. dicas lex iulia lata ꝯtra adulteros placz vrsidio. s. posthumo: ipe cogitat. i. aio cōcipit tollere. i. educare: dulcē heredē. i. legitimos filios quib⁹ nihil dulcius: caritur⁹. i. ex ħs eo aio vt ob hoc carere velit: magno. i. pingui turture. i. aue potius q̄ pisce: vtrūq; aūt significat turtur: sed p pisce tm̄ masculini est gnis pro aue etiā feminini: ⁊ iubis. i. barbis ⁊ anteriore parte oris mulloꝝ illoꝝ pisciū in delitijs habitorum. ⁊ macello captatore. i. omni obsonio qd a captatoribus e macello ad ipm mitti solebat. sed innuit poeta id nō eē verisile. nā qd inquit putes nō posse fieri. q. d. nihil. Aduerte aūt grāmatice: quod nunc vulgo dicūt Si possibile est maiores q̄ caste atq; latine locuti sunt semp dixisse si fieri potest. si vlla. i. queuis vna qualiscūq; vite (est enī diminitiuū vllus ab vno) iungit. i. fit cōiunx vrsidio: Et si notissim⁹ olim mechoꝝ. i. adulteroꝝ porrigit. i. porrox vltro pbet iam ora stulta. i. desipiētia capistro. i. freno maritali. i. matrimoniali. quē cista latini perituri. i. qui timebat delationibus perire: vnde in prima dicta est: a trepido thymele sūmissa latino. texit. i. abscōdidit totiens aduentāte. s. ipso latino. quid sup. dicendū est de hoc: q̄ vxor de moribus antiquis id est casta et pudica querit illi. s. vrsidio: O medici ptūdite mediā venā: quā mediā aut medianā dicūt: vt sc3 vrsidius leuetur ab insania qua nūc agitat: delitias hois. i. hoiem delitiosū: non expressit o: q: vt valla docet vbi minor est excandescentia ⁊ res leuior o subticet: ponitur tamē actūs tanq̄ ab eo rectus: vt sit o delitias hois: hoc est o q̄ delitiosus ē hic homo: vel o quas delitias habet ⁊c. O posthume adora pronus. i prostratus in terrā limen tarpeiū. i. introitū arcis

Media vena
Uena
Juno pnuba
Hostie aurate
Cereris sacra
Oscula mulierum
Ascen.

tarpeie:vbi iouis iunonis ⁊ minerue templū est:⁊ cede.i.macta sacrifica iunoni:cui (vt Virgilius dicit) sunt vincla iugalia cure:iuuencā.i.vitulā auratā.i.aurata cornua habētē: si matrona pudici capitꝭ cōtigerit tibi. Adeo.i.in tm̄ sup.sūt mō pauce mulieres digne ꝯtingere.i.tractare vittas.i.serta caput ornātia:cereris illiꝰ dee ꝑpt̃ raptū filie proserpine eiꝰ adulteria ⁊ incōtinē tiā detestātis ⁊ ob id nō nisi a castis tractabilis.hoc est igit̃ pauce sunt admodū caste hoc tēpore:quarū oscula pater nō timeat:q̄ nō nisi casta ⁊ honeste charitatis signū pre se ferētia desiderat:cū iā oēs fere lasciuissima basia cōferāt. Necte coronā postibꝰ verba sunt cōgratulātis vrsidio ⁊ dicētꝭ.o posthume necte postibꝰ tuis coronā.i.corona postes domꝰ tue sicut faciebāt q̄ vxores ducebāt ⁊ necte ꝑ limina dēsos corimbos.i.hederā cū corimbis qui fructꝰ eiꝰ sunt.i. instrue domū frōdibꝰ ⁊ exhibe te paratū nuptijs tuis:inuēta est em̄ tibi vxor. Nā vnꝰ vir sufficit iberine mulieri illi in vrbe agēti:quā ducere poteris. Rn̄det poeta. Tu extorq̄bis.i.cū difficultate impetrabis ab ea:ocyus.i.citius illud:vt scȝ hec sit cōtēta vno oculo q̄ꝫ sup.vno viro.

Man.

Magna tamen fama est cuiusdam rure paterno
Viuentis:viuat gabijs vt vixit in agro:
Viuat fidenis:et agello cedo paterno:
Quis tamen affirmat:nil actū in mōtibus aut in
Speluncis:adeo senuerūt:iuppiter et mars?
Porticibus ne tibi monstratur femina voto
Digna tuo?cuneis an habent spectacula totis
Quod securus ames:quodqȝ īde excerpe possis?
Chironomon ledam molli saltante bathillo
Tuscia vesice non imperat:appula gannit
Sicut in amplexu:subitum et miserabile longum
Attendit thymele:thymele tunc rustica discit.
Ast alie quoties aulea recondita cessant:
Et vacuo clausoqȝ sonant fora sola theatro:
Atqȝ a plebeis longe megalesia:tristes
Personam:thyrsumqȝ tenent:et subligar acci.
Vrbicus exodio risum mouet attellane
Gestibus autonoes:hunc diligit elia pauper:
Soluitur his magno comedi fibula:sunt que
Chrisogonum cantare vetent:hispulla tragedo
Gaudet:an expectas vt quintilianus ametur?
Accipis vxorem:de qua citharedus echion
Aut glaphyrus fiat pater:ābrosiusqȝ choraules
Longa per angustos figamus pulpita vicos

¶ Viuat gabijs. De gabijs late iam dictum est: Est autem sensus. Viuat in oppidis etiam paruis non solū magnis vti vrbs est in quibus cōpti sunt iuuenes ac multi: que quidē omnia in agro desunt. Et sic difficile erit castam fore. Fidenis: Fidenates hetrusci fuerūt:⁊ vrbi proximi:vt Liuius primo libro ostendit. Et libro quarto inquit. Sed neqȝ capi poterat vrbs alta ⁊ munita. Postea ait:quia suapte natura tutissima erat. Et inferius. Classibus quoqȝ ad fidenas pugnatū:per quod ostēdit iuxta tyberim sitas fuisse Et agello cedo paterno:id ē cōcedo q̄ꝫ rure paterno honesta vixerit:si gabijs aut fidenis erit eiusmodi. Adeo:intantū. Senuerūt Juppiter ⁊ mars. Hos posuit ꝓ adulteris:nam ⁊ in montibus ⁊ in antris ij stupra et similia sepe commiserant vt passim legitur. Porticibus:illuc enim mulieres conueniebāt. Ouidius libro primo de arte. Tu modo pōpeia lentus spaciare sub vmbra. Cū sol herculij terga leonis adit. Nec tibi vitet̃ que priscis sparsa tabellis Porticus auctoris Liuia nomen habȝ. Cuneis:sedibus theatri: quo mulieres ibāt. Ouidius ibidem. Sic ruit ad celebres cultissima femina ludos. Copia iudiciū sepe morata meum est. Spectatū veniunt:veniūt spectentur vt ipe. Ille locus casti damna pudoris habet. Chironomō ledam: Ordo est:molli bathyllo saltante ledā chironomon Tuscia non imrat vesice. Chironomon ledam:

Fidene

Mulierum spectacula

Chironomon

Orientur postes: et grandi ianua lauro:
Ut testudineo tibi lentule conopeo
Nobilis curialiū: aut mirmillonē exprimat īfans.

id est saltationē gesticulatricem
Leda enim est hic saltationis no
mē q̄ chironomia .i. manuū lege
⁊ motu agebat. Chir manꝰ dicit:
nomo moueo: nomos vero lex di
citur. Bathyllo: mimo illo. Tu
schia: Tuscia habēt antiqui textus: ⁊ ita legendū quoniā appula sequtur. Tuscia ergo .i. mulier a
tuscia sicut appula, ex appulia. Vesice nō imperat: vrinā cohibere nō pōt adeo libidinis furore
corripit. Vesica autē loco vltimo posita est: meatibꝰ annexa illis porrectis a renibus ad ceruicē
vt ostēdit Philosophus libro primo de aīalibus. Gannit: gemit obmurmurat. Subitū et mise
rabile lōgū. gestuū noīa hec erāt: vt Julius pollux edocet. Attendit: obseruat. Thymele: muli
er que saltationibꝰ oblectabatur. Thymele ꝓprie dicit pulpitū scena: thymelikos istrio. Discit
.s. attēdere turpes gestꝰ istrionis. Ast alie quotiēs: sensus ē ꝙ aliq̄ mulieres finitꝭ ludis mimoꝝ
tractāt ornamēta: ludosq; agūt. Aulea: vela depicta. Fora sola. sola fora sonāt: q: theatrū ē clausū
qd̄ priꝰ sonabat ob ipos ludos. A plebeis lōge megalesia. Designat hic Juue. duo ludoꝝ genera
ludos sc3 cybeleios q̄ megasia dicū ⁊ plebeios: q̄ quidē exactis regibꝰ ꝓ libertate plebis facti
aut ꝓ recōciliatiōe plebis post secessionē in auētinū: vt docet Asconiꝰ lib. ij. verrinarū. De q̄bus
Liuiꝰ sic scribit li. xxiiij. plebei ludi. M. Aurelio Cotta ⁊ M. Claudio Marcello cōsulibus ter
instaurati sunt. Romane igit mulieres q̄ ludis gaudebāt tristes erāt illis cessantibꝰ ⁊ Mega
lesibus lōgo post tpe plebeios sequētibꝰ. Megalesia ij ludi magne matri .i. cybele erāt dicati a — Megalesia
Junio Bruto: qd̄ docet Liuiꝰ his verbis. Marcus Juniꝰ Brutꝰ edē magne matris deū in pa
latio dedicauit: ⁊ ludos ob eādē dedicationē factos megalesia appellauit. megali aūt magna di — Persona
citur: megaleios magnus. Thyrsum: hastā pāpinis inuolutā. Personā: faciei tegmē. psona aūt
dicta est a psonādo: qm̄ indumētū illud oris ⁊ capitis vna tātū vocis emittēde via peruiū: ma
gis claros canorosq; sonitꝰ facit: vt. C. Bassus putauit auctore Gellio li. v. ca. vij. Diximꝰ ⁊ plu
ra in satyra tertia. Tenēt: domi cōtinēt ac tractāt: hinc etiā ait inferius. Si gaudet cantu: nulli
us fibula dura est: vocē vendētis pretoribus: organa semꝑ in manibus densi radiāt testudine to
ta Sardonices: crispe numerātur pectine chorde. Quo tener hydemeles operā dedit. Hūc te
net hoc se solatur: gratoq; indulget Basia plectro. Subligar: quo pudēde partes obteguntur
id subligar ⁊ subligaculū dicit. Cicero in officijs. Scenicoꝝ quidē mos tantū habet vetere di — Subligar
sciplina verecūdiā: vt in scena siue subligaculo prodeat nemo. Acci: illius mimi. Urbicus: mimi
nomē est. Exodio attellane: erāt exodia ridicula q̄dā vt Liuꝰ videtur ostēdere: ait eñ in princi — Exodium
pio libri septimi sic. Juuētus istrionibus fabellarū actu relicto ipa inter se more antiquo ridicu
la intexta versibus iactitare cepit: Unde exodia que exodia postea appellata: consertaq; fabellis
potissimū attellanis sunt: qd̄ genus ludorū ab oscis acceptū tenuit Juuētus: nec ab istrionibus
pollui passa est: hec ille. De exodio etiā videto satyra tertia. Attellane: Diomedes sic ait. Tertia
species est fabularū latinarū: que a ciuitate oscorū Attella in qua primū cepte: Attellane dicte
sunt argumētis dictisq; iocularibus similes satyricis fabulis grecis. Vestibus autonoes: id est
dum fabula autonoes agit. fuit aūt Autonoe cadmi filia thebarū regis ⁊ mater Acteonis con — Antonoe
uersi in ceruū: ⁊ a canibus lacerati. de quo in met. Hunc diligit Elia pauper: id est aliqua nobi
lis pauper: vt fuit Elia de Eliorum familia pauperrima ex qua fuit Elia quedam: que fauēte nar — Elia
cisso studuit preferri Agrippine ⁊ Lolie Pauline in Claudij imperatoris matrimoniū vt scri
bit Tacitus ⁊ Valerius maximꝰ libro quarto ca. iiij. de paupertate. vbi de Elia familia scribens
inquit ꝙ sedecim eodē tempore Elij fuerūt: quibus vna domūcula fuerat: ⁊ vnus in agro veien
te fundus: inq; maximo circo flaminio spectaculi locus: que quidē loca: ob virtutē publice dona
ta possidebāt. Soluitur: ad coitū scilicet. Fibula: vtebātur comedi ⁊ citharedi non tam vt vela
rent pudenda: ꝙ vt a coitu comprimerētur: ne eo raucescerēt vt Celsus docet. Mulieres vero — Fibula comedorum
hos ad coitū magno ꝓcio cōducebāt eis videl3 soluēdo. Mar. li. vij. Menopili penē tā grādis
fibula vestit. Ut sit comedis omnibus vna satis: hūc ego crediderā. nam sepe lauamur in vno.
Sollicitū vociparcere flacce sue. Dum ludit media populo spectante palestra. Delapsa est mise
ro fibula: Verpus erat. Jdē li. xiiij. Dic mihi simpliciter comedis ⁊ citharedis fibula q̄d prestat
carius vt futuāt. Cātare vetāt: propter coitū. s. qui raucos efficit. Ut Quintilianus ametur. Sē
sus est ꝙ mulieres mimos ⁊ istriones amāt: nō aūt doctos viros ac probos: Qualis erat Quin
tilianus. Accipis vxorem. ⁊c. Similiter fere Ouidius libro. iij. de amoribus: ait enim. Et cole

quos dederit:multos dabit vxor amicos.Echiō.hic citharedi nomē.In metamorphosi.ꝰo cad
mi socius in cōstruendis thebis. Glaphyrus:citharedi nomen interpretaꝛ aūt festiuus iucū
dus astutus ornatus politus Martialis lib.iiij.ait:Plaudere nec cano plaudere nec Glaphy
ro. Ambrosius choraules:Ambrosius viri ꝓpriuȝ:sed interpretaꝛ diuinus aut imortalis.Cho
raules autem est is qui in choro fistulam inflat est igitur tibicen Coros enim dicitur tripudiuȝ
cetus:chorus. aulos tibia fistula. auleo tibia cano. Figamꝰ pulpita.ꝑ ludis nuptiarū gratia
agendis. Janua lauro.in nuptijs lauro domꝰ ornabaꝛ:vnd Apuleiꝰ li.iiij.ait:Domus tota lau
ris obsita:tedis lucida ꝯstrepebat hymeneum.Ut testudineo.Ordo est:Infans nobilis.i.pul-
cher tibi o lentule in conopeo testudineo.i.curuo exprimat repñtet referat Euryalū aut Mir-
millonē. Lentule:lentꝰ bardiacus Lanista fuit ſm Plutarchū nobilissimꝰ:poniꝛ hic ꝑ quocū
Conopeum ꝙ lanista. Conopeo.Conopeū velum erat.quo in egypto ad arcendos culices vtebātur:vt scri-
Retiarus bunt Herodotus ꝛ Porphyrio.conops conopos.culex dicitur.Euryalū.Retiarij nomē est Re
Mirmillo tiario.pugnāti aduersus Mirmillonē cātabaꝛ nō te peto piscē peto: qd me fugis galle?q: mir
millonicū genus armature gallicū est:ipsiqȝ Mirmillones ante galli appellabātur.In quoruȝ
galeis piscis effigies inerat:quod festus scribit.Plura diximꝰ in satyra secūda.vicit ꝛ hoc mō
strum tunicati fuscina gracchi.

Ascen. ¶ Magna tamē fama est. Contra illud qd dictū est de iberina muliere in vrbe agēti ꝙ poti
us cōtenta sit vno oculo ꝙ̄ vno viro:obijciꝛ mulier in agro degēs vt significeꝛ ne in agro qdē
eē pudicicia.Ordo est.tñ ꝙ̄uis sup.iberina nō sit casta:magna fama ē.i.bona cōmēdatio ꝛ opi
nio:cuiusdā viuētis rure paterno: rñdet poeta:viuat gabijs vt vixit in agro.q.d.id efficere nō
posses vt etiā in mīmo oppido casta viuere possit sicut in agro forsā vixit:q: eā nemo rogauit.
nā viuat gabijs aut fidenis.i.in illis oppidulis italie: nō sup.viuet vt vixit in agro:sed cedo.i.
cōcedo tibi vt sup.viuat in agello paterno:tñ qs affirmet:nil.i.nullus opus veneriū actū eē in
montibus aut in speluncis.q.d.nemo.vñ infert adeo.nūqd adeo.i.intantū: iuppiter ꝛ mars.i.
potētes adulteri:quales iuppiter ꝛ mars.i.dñi pagoꝝ ꝛ milites in agris subinde ꝟsantes:senu
erūt.i.ipotētes ad rē veneriā effecti sūt.vt qs audeat viuētē i agro castā affirmare?q.d.nō.Et
si nō ē casta affirmāda q̄ ex agro i vrbē venit vt iberina.nec q̄ in agro patno adhuc viuit:qrēda
est vrbana:nōne ergo femina digna tuo voto.i.desiderio.hoc ē casta ꝛ pudica:monstraꝛ tibi in
porticibꝰ.i.āplis domibꝰ in ciuitate romana porticū hñtibus?q.d.nō.an spectacula.i. theatra:
quo nobiles ꝛ ignobiles ꝯueniūt ad spectādū:hñt totis cuneis.i.receptaculis ꝛ sedibꝰ suis sup.
aliqd.i.aliquā feminā:qd.i.quā ames.i.amare possis securꝰ.i.sine cura ꝛ formidine de incōti-
nētia eius.ꝛ qd possis excerpe.i.diligere tibi:inde.i.ab oibꝰ illis.q.d.nō:quod ꝓbat:q: tuscia.i.
mulier a tuscia nō impat.i.nō moderaꝛ vesice.i.nō pōt cōtinere qn migat bathillo.i.mimo ꝛ vt
dicūt ioculatore ꝛ saltatore illo molli saltāte.i.dū bathillus mollis saltat: ledā.i. saltationē illaȝ
sic vocatā:chironomō.i.gesticulatricē.et que seruata lege manuuȝ fit.et est actūs grecus cōis
gñis:appula.i.mulier ex appulia gānit.i.vocē vulpis emittit:sicut sup.emitteret i amplexu.i.si
amplecteretur ad coitū.Thymele.i.queuis mulier scenicis ꝛ histrionibꝰ delectata: attendit.i.
aiaduertit.subitū sup. genꝰ saltandi:miserabile.i.exile:ꝛ longū.i.ꝓlixū ꝛ thymele dico rustica
id ē adhuc impita artis saltādi:discit tūc.i.qñ ille saltat sic attēdendo ad singulos motus eius.
he mulieres q̄ nō ita dudū in vrbē venerāt discūt diligenter gña saltationum ꝛ nimio gaudio
afficiūtur saltāte bathillo.Ast.i.sed:quotiēs aulea.i.vestes varijs floribus aut imaginibꝰ inter
texte q̄ in aula attali primū inuēte dicūtur:et in theatris ad muros depēdē t:siꝛes tapetibus q̄
scabellis substernūtur:auleis aūt theatruȝ ornabaꝛ quotiēs ludi agebātur.quotiēs ergo aulea
recōdita.i.reposita cessant.i.quotiēs ludi nō amplius exhibētur : ꝛ quotiēs sola fora in qbꝰ ius
dicitur sonāt:theatro.i.loco spectaculoꝝ clauso:ꝛ megalesia.i.magne deoꝝ matris videlȝ cy-
beles ludi:sunt sup.longe a plebeis sup.ludis.i.post lōgissima interualla exhibētur.post plebe-
ios ludos:vel vt alij intelligūt:sunt lōge.i.nō exhibētur plebeis sup. hoibus.alie sup.mulieres
id est vrbane ludis illis assuete:existentes tristes:tenēt.i.tractant ꝛ induūt ꝑsonā.i.tegmē oris
faciei cuiuslibet effigiē hñs quā falsam.i.nō suam faciē galli vocāt:ꝛ thyrsum.i.hastaȝ pāpinis
inuolutā ꝛ subligar.i.quo virilia tegūtur ne inter agendū inhonestius nudenꝛ:acci.i.accij illiꝰ
mimi.i.ipe inter se imitanꝛ mimos qd plus est ꝙ̄ adhuc discere.Preterea iterea dū ludi publie
ci nō fiunt:vrbicus mimus ille mouet risum inter mulieres:exodio.i.lasciuo ꝛ inculto carmine
quo in fine festorum rustici vti solebant:ꝛ gestibus autonoes fabule sic dicte:attellane:de gene
re attellanarum:Elia matrona illa romana pauper q̄ non posset comedi ꝯsuetudinē impetrare

diligit hunc.s.vrbicũ,exodiorũ cantorẽ:ꝛ ita semirusticũ:sed fibula qua ligabant pudẽda actoꝝ comediarũ vt a coitu p quẽ raucescerẽt abstineant:comedi.i.actoris comediarũ soluit ad coitũ scꝫ his.i.ab alijs.s.diuitibus:magno.i.magna mercede.sunt sup.alie q̃ vetẽt p frequentẽ coitũ chrisogonũ cãtorẽ illũ cãtare.hispulla matrona illa gaudet tragedo.i.actore tragediarũ:an ex pectas vt quintilian⁹.i.vir bonus ꝛ doctus vt quintilianus erat ametur:q.d.id frustra faceres Tu quicunqꝫ rome vxorẽ ducis: accipis vxorẽ:de qua echion vir ille cithared⁹.i. cithara canẽs aut glaphyrus alius cytharedus:aut choraules inflator tibie hoc est tibicen:ambrosius.i. adhi beri solitus cũ ambrosia.i.bellarijs ꝛ dulciarijs peracta cena:ꝛ hoc potius dicerẽ ꝙ ꝓpriũ esse viri.fiat pater.i.q̃ ab illis corrũpenda sit.figamus.i.ponam⁹ firmiter longa pulpita in quibus nuptiarũ ludi agantur p angustos vicos.i.per eos q̃ pre multitudine populi ãgusti fiãt:aut p angiportuꝫ: postes dom⁹ nostre ornent sup.frõdib⁹:ꝛ ianua ornet sup.grãdi lauro.i.faciamus oia ptinẽtia ad solẽnitatẽ nuptiarũ : vt o lentule vir romane diues ꝛ senatorius:infans nobilis quẽ vxor tua iã noua nupta pariet:exprimat.i.,representet exp̃sse agat aliquãdo:eurialũ.i.retia riũ silꝫ euriali: aut mirmillonẽ.i.gladiatorẽ aduersariũ eius more gallico armatũ quẽ retiari⁹ capere tentat cãtans piscẽ peto:te nõ peto:cur me fugis galle:habebat eñ mirmillo piscem in galea:exprimat inquam:conopeo.i.sub velo quali ad arcendos culices egiptij vtebantur:testu dineo.i.camerario in morẽ testudinis incuruato:testudinẽ aũt voco quam galli voltã.i.curua turam circumuolutam.Et hoc potentem innuit:sed omnia per ironiam dicit.

Nupta senatori comitata est hippia ludiũ
Ad pharon:ꝛ nilum famosaqꝫ menia lagi
Prodigia:ꝛ mores vrbis:dãnante canopo
Immemor illa domus:ꝛ coniugis atqꝫ sororis
Nil patrie indulsit:plorantesqꝫ improba natos
Utqꝫ magis stupeas:paridem:ludosqꝫ reliquit
Sed ꝙꝙ in magnis opibus:plumaqꝫ paterna
Et segmentatis dormisset paruula cunis:
Contempsit pelagus:famam cõtempserat olim:
Cuius apud molles minima est iactura cathedras
Tyrrhenos igitur fluctus lateqꝫ sonantem
Pertulit ionium constanti pectore:ꝙuis
Mutandũ totiens esset mare. iusta pericli
Si ratio est ꝛ honesta:timent: pauidoqꝫ gelãtur
Pectore:nec tremulis possunt insistere plantis.
Fortẽ animũ prestãt rebus quas turpiter audẽt:
Si iubeat coniunx:durum est conscendere nauim
Tunc sentina grauis:tunc summus vertitur aer
Que mechũ sequitur stomacho valet:illa maritũ
Conuomit:hec inter nautas ꝛ prandet ꝛ errat.
Per puppim:ꝛ duros gaudet tractare rudentes

¶ Nupta senatori.hoc loco hip pie imodestiã taxans alias quoqꝫ hmõi carpit.fuerat aũt nupta fabritio veientoni.de quo satyra iiij.habuim⁹. Ludũ.lusorẽ,p ludi um.ludij eñ ꝛ ludiones a ludo di cũtur:sic etiaꝫ Ludie mulieres. Ludiones aũt istriões dicti sũt qd latius ex liuio docem⁹ satyra vij.ibi.Qd non dant ꝓceres da bit istrio. Pharon.pharos insu la quedã est oblõga opposita ale xandrie.q̃ cõtinenti adiacet : bi cipitẽ ad eam portũ faciẽs: Naꝫ cũ littorea regio sit sinuosa duo ꝓmontoria in mare emittit iter que insula iacet:q̃ portũ claudit Est ibi petra q̃dã mari circũda ta:q̃ turrim habꝫ multis tabula tis excelsam:ꝛ albo lapide mirifi ce structã:eodẽ noie quo insula. Eã Sostrat⁹ Guydi⁹ regũ ami cus posuit:ob nauigantiũ salutẽ vt epigrãma declarat. Naꝫ cum ora ex vtraqꝫ pte importuosa et humilis eẽt ꝛ cautes ꝛ breuia ha beret:signũ aliquod necessariuꝫ fuit altuꝫ ꝛ clarum:quo nauigã tes ad portus ingressum dirige rent. Strabo ita docet lib.xvij. Solinus ꝟo scribit ꝙ egyptij in portubus machinas ad prelucẽ di misteriuꝫ fabricatas. pharos dicunt. Famosaqꝫ menia la gi.i.Alexandriã: Nam vt Stra bo li.xvij.scribit: Ptolomeus la

Man.
Ludij
Ludiones
Pharos
Sostratus
Lagus

Urbs
Canopus
Serapidis templū
Fossa canopi

gi filius Alexandro succeſſit. Famosa vo menia dixit: qm̄ vt idem Strabo meminit. Oēs post tertiū Ptolomeū male vixerūt diuitijs corrupti: oīm vo pessime quartus: ⁊ septimus ⁊ vltimus Auletes: aut famosa Pōpeij cede. Uel potius famosa dixit ꝑpt luxū ⁊ virorū ⁊ mulierū in fossa q̄dā de qua iam dicemus. Prodigia: scelera seu prodigiosos mores. Urbis. i. rome. Nam teste fabio lib. vi. Urbis appellatiōe: etiā si nomē nō adijceret: Romā tñ accipi receptū est. Dānante Canopo: Canopus centū ⁊ viginti stadijs distat ab Alexādria pedestri itinere vadētibus: Est autē in quadā nili insula. Ibiq̄ Serapidis tēplū ⁊ cultu ⁊ religione excellens ad solennia cuius ingens turba ꝑ fossam ex alexādria descēdebat. nā die ac nocte nauiculis plena erat virorū ac mulierū impudēter canentiū ac saltantiū cū omni dissolutione: erantq̄ diuersoria fosse īposita ad hmōi relaxationē ⁊ celebritatem idonea. Ut scribit Strabo lib. xvij. Cū demum apud alexādriam ⁊ canopum ita lasciue viuerent: dānabāt tñ vrbis mores: tanq̄ turpiores. Indulsit pepcit: Debuit em̄ respectu patrie saltem id non agere. Paridem: is pantomimus erat. Ludos: circēses vel quoscūq̄. In magnis opibus. s. esset: Hoc est q̄uis diues ⁊ nobilis cōtempto tñ pelago secuta est gladiatorem. Paterna. ꝓpria nō aliena vt paupibus euenit. Segmētatis cunis. i. zonis ⁊ cingulis q̄busdā depictis. Pli. em̄ lib. vi. c. xxxiij. Segmenta circulos signare ostendit.

Segmenta

His verbis: plura sunt aūt hec segmenta mūdi: q̄ nostri circulos appellauere: greci paralellos

Molles cathedras. i. apud illas q̄ sedēt in cathedris īpudicis. Martia. lib. iij. inter femias tota q̄ luce cathedras: Desidet ⁊c. Molles aūt ait: qm̄ sunt ⁊ alie nō molles. Tyrrhenos fluctus: mare tyrrheniā radens tyrrhenū vocatur: sed cū postea incurnet ad oriētē solē siculum dr. Cū iam ad iapigiam vsq̄ reclinet: atq̄ inde ad boream versus dilatet sese Adriaci nomen accipit. Ac rursus ad hesperiā citeriorem conflexū Jonium efficit mare: quod Dionysius scribit. Jonium: fluctū. s. Sentina: nauis fundū quo tota decurrit aqua a sentiēdo dicta. putet em̄ maxime. Illa sup. que Maritū. s. sequitur. Hec q̄ mechum sequitur.

Tyrrhenum mare
Adriaticum mare
Jonium mare
Ascen.

¶ Nupta senatori comitata est hippia ludiū: Credo poetā ludiū scripsisse ⁊ hypermetrū. i. superabūdātē mēsurā versus in vna sillaba fecisse: qui versus tūc vitiosus nō est: qm̄ silla abūdās per vocalē sequentē absumit: sicut hic seq̄tur ad pharon ⁊c. Arbitror p̄terea hippie nomen esse fictitiū: sicut tuscie ⁊ appule. hippos em̄ equus ⁊ equa grece dicit. vnde hippiā ꝓ equa cuius ardentissima est coitus libido nō absurde posuerit. nō inficias tñ eo quin proveientonis vxore accipi possit: in hac aūt dānat mulieres senatorias. nā gradatī ad cria ꝓgredit: vt queq̄ enī nobilissima est ita maxīa libidine agitat: qd̄ licet facile ē in poeta videre: tñ ijs q̄ imbecilles habēt oculos aperiā. Concedit poeta in agro paterno morātē castā posse dici: sed nō mansurā. tusciā ⁊ appulā que scʒ in vrbē venerāt iā discere ⁊ obseruare saltationes q̄ p̄ma via ad impudiciciā est matronas aūt et ceteras vrbanas etiā scenica īdumēta tractare ⁊ comedos mimosq̄ adamare vsq̄ ad ipudicā cōsuetudinē. hippiā vero mulierē senatoriā deserto marito ludiū ꝑ maria ac terras insecutā. Messalinā vero īperatoriā cōiugē insatiabili libidine exarsisse. ¶ Ordo est: Hippia mulier equina libidine ardēs: nupta senatori: fabritio veiētoni: comitata est ludiū. i. istrionē et ut dicunt ioculatorē ac mimū. ad. i. iuxta vel vsq̄ ad pharon insulā illā oppositā alexandrie in egipto: et nilū fluuiū egipti: ⁊ menia famosa. i. ꝓpter scelera defamata lagi. i. regis alexādrie q̄ alexādro successit: ⁊ hoc canopo illa parte egipti vbi maxima erat lasciuia (dicēte Statio. Cur ne thera pnei lasciuia tota canopi) dānante. i. reprobāte ꝓdigia. i. prodigiosa scelera: qualia sūt que contra naturā fiunt: ⁊ mores vrbis scʒ romane. hoc est: q2 in canopo detestabant mores romani tanq̄ ꝓdigia scelerū licet hoies ibi lasciue viuerēt: tñ contulerūt sese ad alexādrie menia vbi mores romanos nō damnauerūt: quapropter ea famosa. i. infamia dicit. sicut famosā vocamus meretricē. Illa videlicet hippia: imemor. i. oblita domus sue: ⁊ cōiugis atq̄ sororis: nil indulsit. i. pietatis aut amoris cōtulit patrie: q̄ tñ ex natura nobis carissima esse consueuit: et ipsa improba. i. ab oībus īprobanda reliquit natos. i. prolē suā plorantes: et vt magis stupeas reliq̄t paridē panthomimū illū ⁊ ludos circenses: quibus magis q̄ liberis afficiebatur. Sed q̄q̄ ipsa paruula. i. cū esset adhuc valde parua: dormisset in magnis opibus. i. diuitijs: et pluma paterna id est molli lecto in domo patris: ⁊ cunis. i. cunabulis segmētatis. i. circulis et fascijs preciosis circumligatis. i. q̄q̄ esset mollissime et tenerrime educata: tñ sup. contēpsit. i. paruipendit ⁊ leue reputauit pelagus. i. piculū: grauitatē odoris: et oēm laborē maris: nō loquor dicit de fama eius. nā ipsa cōtempserat olim. i. multo ante famā sup. suā. i. nomē bonū. cuius sup. fame iactura id est amissio ⁊ pditio: est. i. reputat ⁊ existimatur. minima. i. minimi momenti ⁊ nullius (vt dicūt) importātie: apud molles cathedras. i. sedes molliū ⁊ ditissimorū. hoc est diuites parui faci

¶ Consedere duces. Ostendit ꝙ laboriosum ⁊ ꝙparū lucrosuꝫ sit causidicorū munus. Ordo Alcen.
est: ac si dicat poeta: ponamus ꝙ sicut principes viri ac ceterorū duces cōsederūt tpe belli troia
ni ad audiendā cōtrouersiā ⁊ litē inter aiacē ⁊ vlixē de armis acbillis que vulcan⁹ fabricauerat
vt recitat Oui. xiij. metamor. vtēs ijsdē verbis: ita nūc: duces. i. principes romani: qḋ p ironiā di
cit: cōsedere. i. simul sederūt. i. sedes ceperūt audituri causas: tu aiax. i. causidicus tanꝙ aiax sur
gis: q̄ ad iudiciū standū est: pallidus. i. timore pallens: dictur⁹. i. acsi esses dicturus: iudice bu-
bulco. i. corā ignobili ⁊ illiterato ⁊ pinde facile corruptibili aut seducibili p libertate dubia. i. p
ostendēda alicuius libertate nō facile probabili cōtra eū q̄ eū in seruitutē vēdicare vult. pro qua
re maxime pallēdū. i. timendū esset: q̄ libertas p̄ualet auro. aut pro libertate dubia. i. pro aliquo
liberādo ⁊ soluendo cuius libertas. i. liberatio dubia est. Ego poti⁹ intelligo de libertate alicui⁹
clientis ꝙ aut ipsius causidici aut patrie ꝓpter mercedē bic constitutā: quā nec patria nec ipse
sibi cōstitueret: sed potissimū cliētes. Nec verisile est ꝙ loquat̄ de scalis gemonijs in quas obti
nuerit reū abijciendū: tūc eñ nō pro libertate: sed poti⁹ cōtra libertatē loqueret̄: potius dicerē
victori causidico in causa de libertate alicuius in signū victorie palmā cōstitui: cui⁹ natura est vt
ꝯtra pōdus renitat̄ ⁊ incuruet̄ aut in loco publico aut in domo eius: ⁊ ad refrigeriū lassi animi
eā viridē nō solū in colore: sed iā recētē poni: ⁊ boc ad gloriā ⁊ vt dixi refrigeriū eius. In p̄miū
aūt aut p̄ciū laboris a defenso dari que sequūt̄: siccū petasunculū ⁊c. que vt Peersius dicit: sunt
marsi monumēta clientis. Hec mibi sententia cōtextui nūc quadrare videt̄: si quis meliorē cō-
minisci potest (lꝫ eñ nā cōmētarij nibil firme sentētie istic bñt) in mediū ferat: quot capita tot
sensus: ¶ Ordo igit̄ est. O miser. i. dign⁹ miseratiōe vel misere ꝯditiōis vt q̄ ꝓ mercede tā vili
tantope sudas rūpe iecur tuū tensum. i. intēsuꝫ ⁊ inflatū ira. i. clama ⁊ cōcita te furore ⁊ ira vebe
mēti: vt palme. i. rami palmarū: virides. i. adbuc virentes: existētes gloria scalarū. i. quā obtinēt
victores q̄ vt altius videant̄ scalis cōscendūt ad altiora: figunt̄ tibi lasso. i. iā defatigato: ad glo
riā vt dixi ⁊ refrigeriū. Sed audi quod p̄tiū vocis. i. tāti clamoris sit: petasunculus. i. paruus pe
taso. i. coxa porci salita. gallice (vng iambon de porceau sale) sicc⁹. i. fumo ⁊ vetustate arefactus
aut vas. i. fidelia: vt dicit Persius: boc est vas fictile: aut etiā ligneū quo nūc vtunt̄: pelamidum
id est tynnorū seu tūnorū limosorū: gallice: vne caque de tonnine qui sent a la boue: aut epimen
dia que sunt veteres bulbi. i. tales cepe apbror. i. que in apbrica plurime nascūtur. Aut vinū de
uectū. i. deorsum boc est romā aduectū tyberi per tyberim per qḋ vile qḋuis significat: nam pre
ciosa vina campanie vt cecuba setina et falerna non deuebūtur dū romā aduebūtur: eius auteꝫ
vini erunt sup. quinꝙ lagene: id est parua vascula qualia rustici et leprosi secum ferunt: si egisti
quater. In signū ergo summe liberalitatis dabitur vna lagena vltra numerū actionū tuarum.
Et si forte ex illis lagenis: aut loco illarū lagenarum: contigit. i. cum summa difficultate adue-
nit tibi vnus aureus: partes. i. certe promissiones promisse per te in federe: id est confederatio
ne ⁊ pactione: pragmaticorū id est quā contraxisti cum pragmaticis id est aduocatis ⁊ iuris pe
ritis qui causidicis iura suggerunt: ⁊ ita baud facile emergūt quorū virtutibus obstat res angu
sta: diuitibus autem melior est conditio. Nam tantū supple dabitur. emilio id est illi diuiti ⁊ be-
ne vestito causidico: ꝙtū petet. q. d. nobis qui pauperes sum⁹ dabitur qḋ defensi a nobis volūt:
et tamē nos melius egim⁹ sup. causas ꝙ emilius sed prefert̄ emili⁹ nobis: eñ pro q̄: quia curr⁹
abeneus id est ex ere factus buius scꝫ emilij causidici: stat in vestibulis. i. introitibus templorū
⁊ alti quadrijuges. i. equi quaterni ad iugū trabētes: stāt sup. in vestibulis aut ipsius emilij cau
sidici: aut pauli emilij: aut alterius triūpbatoris vnde is nomē ducit qḋ verisimilius est ꝙ vt cau
sidico currū triūpbalem positū credamus: atꝙ ip̄e. i. statua ipsius emilij causidici de quo loqui-
tur nunc: quasi cetera de precessorib⁹ eius dixerit sedens in feroci bellatore scilꝫ equo belligero
id est donat⁹ statua equestri: minatur eminus. i. eminenter et a longe bastile curuatum ex vibra-

tione quam sculptor simulauit: et meditatur.i.exercet prelia: statua lusca.i.altero oculo capta: aut alterum oculum clausum habente: non quidē ex vetustate statue: sed ex arte insidentis: volētes enim aut hasta aut sagitta quid cōtingere: alterum oculum claudūt. Et sic.i.cōsimili mō per diuitias scilicet et gloriā statue eqstris in foro posite: pedo causidicus ille cōturbat: ceteros scilicet causidicos quibus animosior est et altius clamat: eo quod ditior: et matho deficit.i.succūbit sic.i.quia pauperes vilipendūtur. Et hic.i.cōsimilis exitus est tongilli atque mathonis. Nā sicut matho deficit propterea quod in pōpis ostendēdis pauper effectus est. Unde dicitur in prima satyra. Cum noua causidici veniat lectica mathonis Plena ipso etc. ita et tōgillus: de quo hic dicit: qui solet cū diues esset lauari i.lauādus balnea ingredi cū magno rhinocerote.i.cornu rhinocerotis nō contētus gutto vulgari: et qui vexat.i.perturbat balnea.i.ceteros.s.existētes in balneis: turba cōitantiū: lutulēta.i.per lutum post eū currentiū: et qui premit iuuenes medos.i.seruos ex media adhuc fortes lōgo assere lectice scilicet dum portatur sup. per forum.empturus.i.tanquam is qui emere possit pueros.i.seruos argentū.i.vasa argētea: et myrrhina sup.vasa: et villas.i.domos in agro. Enim pro quia stlataria.i.lata vestis quā habet ad modum laticlaui.i.vestis senatorie filo tyrio.i.ex purpura cōfecta: spondet id est fidem facit: vt talia possit: et tamen quamuis ij duo per pompas paupes effecti sunt: hoc.i.superbe vestiri et magnificus videri est vtile ipsis sup.causidicis ceteris. Nam purpura.i.vestis purpurea: vendit causidicū.i.facit ipsum placidū et a multis appetibilē: qualē rem omnes emūt pluris quam alias: et amethystina.i.vestimēta violacea etiā vendūt causidicū: cōuenit.i.cōueniens et vtile est illis viuere et strepitu.s.comitū et facie.s.vestimentorū: maioris census.i.habētiū maiorē censum: sed roma prodiga nō seruat finem.i.modum et rationē impense faciende.i.nō est cōtenta: tāto plus expendere in pompis: quanto lucro esse possunt: quia matho et tongillus eorumque similes dum vt plura lucrentur sese ostentant pauperes efficiuntur: et ob id vilipendūtur.

Man.

¶ Ut redeant veteres: sensus est quod si cicero orator summus tempore suo fuisset: nihil profecto lucratus esset: nisi diues apparuisset. Ut quis. Serui octo.ij.lecticam quod octophoron appellant ferebāt a sex vero hexaphoron dicebatur. Togati.anteambulones. Agebat causas.s. Sardonice.in saty. vi.diximus hāc gēmam romanis fuisse celeberrimam auctore plinio. Rara.scilicet est vel esse creditur. Basilo pauperi causidico Flentem deducere matrē. solebant Causidici matres vxores et liberos ante iudices producere vt lachrymis ad misericordiam mouerentur. vnde Ouidius lib.iij. de ponto ad vxorem inquit Gratia si nulla est lachryme tibi gratia fient: hac potes aut nulla parte merere deos. Nec si tunc fletu scindentur verba nocebit. Interdum lachryme pondera vocis habent. Sunt aūt cōmouendi affectus in peroratione ut docet Fabius lib.iiij.et.vi. hic pedianus lib.iij. de pretura vrbana vbi argumentū accusationis tractat sic ait. Reprehēdunt homines stultissimi Tulliū: quod in filio Verris innoxiam ledat attamen ignorantes illum accusatoria arte prouidere ne in epilogis productis ab hortensio conciliet miam iudicum patri. hec ille. Et in oratione pro scauro sic idem Asconius ait. Ipse quoque scaurus dixit pro se ac magnopere iudices mouit et squalore et lachrymis etc. Gallia. Quintilianus de eloquētia gallica hec: iulius florus in eloquentia galliarū: quoniam ibi demum exercuit eam princeps. Aphrica. idem Quinti. libro.xi. scribit quod a se visi sunt Domitius apher et Julius aphricanus lōge prestantissimi oratores.

scripti G... fidi mus loquium

[Margin:] Octophoron Hexaphoron

[Margin:] Lachryme qd

[Margin:] Epilogi affectus

[Margin:] Ascen.

Ut redeant veteres: ciceroni nemo ducentos
Nūc dederit nummos: nisi fulserit anulus ingēs
Respicit hoc primum qui litigat: an tibi serui
Octo: decem comites post te an sit sella: togati
Ante pedes: ideo conducta paulus agebat
Sardonyce: atque ideo pluris quam cossus agebat
Quam basilus. rara in tenui facundia panno
Quando licet flentem basilo deducere matrem.
Quis bene dicentem basilum ferat? accipiat te
Gallia: vel potius nutricula causidicorum
Africa: si placuit mercedem imponere lingue

¶ Ut redeant veteres etc. Probat magnis sumptibus rome lucrari oportere: imo sepe lucrū ex-

cedentibus. Cū ne optimo quidē oratori qualis erat marcus cicero: qsꝙ ducētos nūmos dederit nisi plus in anulis et seruis expenderit. ¶ Ordo est. Demus vt veteres oratores redeāt qui longe peritiores erāt ꝙ nūc sint: nemo dederit ciceroni ducētos nūmos. Sunt ꝗ velint ordinē esse. Nemo dederit ciceroni ducētos nūmos ad hoc vt veteres redeāt: sed nō ꝗdrat cōstructio argumēto: q: iā ponūt ciceronē esse: dic ergo vt prius. nemo dederit ciceroni ducētos nūmos: nisi anulus ingēs. i. valde magnus refulserit. i. resplenduerit in digitis eius: is qui litigat. i. cōtendit ⁊ litē habet in iudicio: respicit. i. attendit primū hoc qd sequitur: an octo serui. i. qui ferāt lecticā tuā sint sup. tibi. i. an habeas lecticā ab octo seruis ferendā: cū mediocriū a sex: paupiorū a quattuor ferant: et an sint decē comites. i. tecū ad seruitiū tuū euntes: post te: an sella sit tibi in qua pōpose sedeas: potest intelligi de sella in foro posita: ad quā scalis ascendebāt: vnde ꝓus virides scalarū gloria palme: an togati. i. clientes ⁊ salutatores sint tibi ante pedes. i. a ꝑte anteriore eūtes quapropter anteambulones dicunt. Solent eñ dñi in medio anteābulonū. i. precedentium ⁊ comitum. i. insequētiū vehi in lecticis. Et q: ad pōpā litigaturi aspectāt: ideo paulus causidicus ille: agebat. i. dicebat, causas: sardonice. i. tali gēma cōducta: atꝙ ꝓ et: ⁊ agebat ideo id est propter sardonicē: pluris. i. carius ꝓ maiore precio ꝙ cossus: alius causidicus ꝗ gēmā nō habebat in anulo: ⁊ sup. ꝙ basilus: facundia. i. prōptitudo bene loquendi: est sup. i. reputat esse rara, in pāno. i. veste tenui. i. paupe ⁊ vili. Quādo licz. i. ꝑmissum est basilo deducere. i. in senatū coram iudicibꝰ ⁊ patribus cōscriptis ducere matrē sup. rei potiꝰ ꝙ suā flentē vt lachrymis suis miseratione mereatur qd nō fit nisi in arduis admodū causis vbi ꝑiculū vite agit: h̄ ē igr̄ qñ cōmittit basilo ꝗtūuis facundo sed paupi causidico: causa ardua in qua cum de vita agat: prosit matrē flentē deducere: q. d. rarissime aut nunꝙ. Quis ferat. i. patiat basilū pauperē illū causidicum dicentē. i. orantē bene: q. d. nemo. Gallia: et aphrica: que tunc erant prouincie romanorū et vtraꝙ. nutricula causidicorum: que nutriuerit scilicz nō genuerit: sed romanos illuc missos vt coram ꝓuincialibus causas dicāt frequenti exercitatione erudierit: accipiat te si placuit mercedem imponere lingue id est si vis lucrari dicendo. causas proficiscere ad galliam ⁊ aphrycā vtraꝙ enim litigiosa est etiam hodie.

Declamare doces o ferrea pectora vecti
Cum perimit seuos classis numerosa tyrannos
Nam quecunqz sedens mō legerat: hec eadē stās
Proferet: atqz eadem cantabit versibus ijsdem
Occidit miseros crambe repetita magistros
Quis color ⁊ quod sit cāe genus atqz vbi sūma
Questio: que veniant diuersa parte sagitte
Nosse volunt omnes mercedem soluere nemo
Mercedē appellas? quid enī scio? culpa docētis
Scilicet arguitur ꝙ leua in parte mamille
Nil salit arcadico iuueni cuius mihi sexta
Quaqz die miserū dirus caput hannibal implet
Quicquid id est de quo deliberat: an petat vrbem
A cannis: an post nimbos ⁊ fulmina cautus
Circūagat madidas a tēpestate cohortes.
Quātūuis stipulare: ⁊ protinꝰ accipe quod do

¶ Declamare doces. doctorū labores in declamatiōibus ostēdit atꝙ mercedē nullam preberi ab discētibus. O ferrea pectora vecti. o hic admirādi est atꝙ stupendi. Ferrea dura et patiētissima in declamandi labore. Vecti pro vectij: de vectio aūt Pli. lib. xxix. ca. i. sic ait deide est. Vectiꝰ valēs adulterio Messaline claudij cesaris nobilitatꝰ: pariterꝙ eloquētie affectator ⁊c. Ponitur autē hic pro quocūꝙ declamādi magr̄o. Declamare doces. erat declamatio forensiū actionū meditatio in scholis certa quedam ponebant que themata dicimus inquit Fabius lib. x. Perimit. dignos supplicio asserit. Classis numerosa. prisci rhetores militari exēplo declamātes discipulos in classes distribuebāt ⁊ dicendi ordinē ꝭm vires ingenij dabant: et ita superiore loco quisꝙ declamabat vt precedere profectu videbat. hinc ingēs erat cōtentio palme: ducere vero classem multo pulcherrimū: naz victor classi

Man.

Declamatoris ordo

Classis

Ut totiens illum pater audiat:aſt alij ſex
Et plures vno cõclamant ore ſophiſte:
Et veras agitant lites raptore relicto
Fuſa venena ſilent:malus ingratuſqꝫ maritus
Et que iam veteres ſanant mortaria cecos
Ergo ſibi dabit ipſe rudem ſi noſtra mouebunt
Conſilia ⁊ vite diuerſum iter ingredietur.
Ad pugnam qui rhetorica deſcendit ab vmbra
Summula ne pereat:qua vilis teſſera venit
Frumenti:quippe hec merces lautiſſima:tenta
Chryſogonus quanti doceat:vel pollio q̃nti
Lautorum pueros artem ſcindens theodori.

preponebat̃ eratqꝫ.xxx.diebꝰ in impio deinde victo certaminis erat ptãs vt Fabiꝰſcripſit. Claſſes numeroſa diſcipulorũ acies ac numerꝰ. Legerat.ſ.claſſis ipa ſcribit fabiꝰ ꝙ ipſi p̃ceptores prius materias componebãt ꝓnunciabãtqꝫ vt ad eoꝝ exemplum diſcipuli ſe formarẽt. Proferet.ſic legit̃ in antiquo textu:⁊ ita legẽdũ eſt. Verſibꝰ.i.verbis v̾ſus in

Crambe

ꝓſa etiã dicũtur. Crãbe: Tranquillꝰ in libello vbi de grãmaticꝭ ⁊ oratoribꝰſcribit quũ meminit de Declamatiõe ſic ait. Veteres controuerſie aut ex hiſtorijs trahebãtur.ſicut ſane nõ nulle vſqꝫ adhuc aut ex v̾itate ac re ſi q̃ forte recẽs accidiſſet. Itaqꝫ locorũ etiã appellationibꝰ additis ꝓponi ſolebãt ⁊ ſic certe collecte editeqꝫ ſe habent:hec ille. Placet autem quod Pollicitanus ſcribit vt Grecuꝫ prouerbiuꝫ Iuuenalis expreſſerit dis crambe atanathos.quo ſignificabat̃ ꝙ bis poſita Crambe mors eſt. Crambe aũt braſſice genus idqꝫ expreſſit vt faſtidiũ repetite ſepius cõtrouerſie denotaret. Cũ vulgo q̃ recalefacta braſſica iaꝫ in prouerbiũ faſtidij cõceſſerit ipſius vero greci ꝓuerbij mentionẽ Suida facit.plinius autẽ libro.xx.c.xxvi.vbi braſſicam in tris ſpecies diuidit. Sic ait:Tertia eſt ꝓprie appellata Crãbe tenuioribꝰ folijs ⁊ ſimplicibꝰdenſiſſimiſqꝫ amarior ſed efficaciſſima. Crãbe repetita.i.declamatio ipſa ⁊ cõtrouerſia repetita offendit magiſtros vti Crãbe.i.braſſica re

Color
Ratio

calefacta cõuiuas. Quis color.ordo eſt. Noſſe volũt omnes. Quis color ⁊c. Color. Rationem intelligit ad recuſandũ depellendi criminis cauſa ſicuti in ſexta etiã ſatyra ibi:dic Quintilianẽ

Firmamentũ

colorẽ. De rõne aũt Cicero in ꝑtionibus ſic ait. Sed diſtinguẽdi grã rõnem appellamus eam q̃ affert̃ ab reo ad recuſandũ depellẽdi criminis cauſa q̃ niſi eẽt:qδ defenderet nõ haberet. Firmamentũ aũt qδ cõtra ad labefactandã rõem refert̃ ſine quo accuſatio ſtare non põt. Ex rõnis

Queſtio
Diſceptatio

aũt ⁊ ex firmamẽti ꝯſultatõe:⁊ q̃ſi cõcurſu Queſtio quedã exorit̃: quã diſceptationem voco in qua quid veniat in iudiciũ ⁊ de quo diſceptet̃ q̃ri ſolet. Nã prima aduerſarioꝝ cõtentio diffuſã habet queſtionẽ:vt in ꝯiectura:cepit ne pecunias decius?In diffinitione. Minuerit ne maie

Genus cauſe

ſtatem norbanꝰ?In eq̃tate iure ne occiderit oppinius gracchũ?Hec ille. Que q̃dem oĩa hoc in loco optime conueniũt. Tetigit em̃ Iuuenalis rõnem. Quum dixit. Quis color. Tetigit firmamentum:quũ dixit q̃ veniant diuerſa ꝑte ſagitte Tetigit ⁊ reliqua. Quod cauſe genus. An demõſtratiuum. An deliberatiuũ an iudiciale. Siue honeſtũ admirabile humile anceps obſcurũ de q̃bus late Cice.lib.i.rhet. Et pedianus li.iiij.de p̃tura vrbana ſic ait. Genꝰ cauſe in oĩbus ver

Cauſa

rinarũ libris. Admirabile ſtatꝰ principaliter cõiectura. ꝓpt̃ hec igit̃ v̾ba ſũma queſtio ſtatus intelligit̃ ab Iuuenale.⁊ Cicero li.iij.tuſcu.ſic ait. Nimirũ igitur:vt in cauſis nõ ſemꝑ vtimur eodem ſtatu.ſic em̃ appellamꝰ cõtrouerſiarũ genera ⁊c. Cauſe.cauſa eſt negociũ oĩbus ſuis partibus ſpectãs ad queſtionem. Aut cauſa eſt negociũ cuiꝰfinis ẽ ꝯtrouerſia.ſic em̃ finit eã polodorus.vt ſcribit fabius li.iij.c.v. Hermagoras v̾o cauſam eſſe dicit rem.que habet in ſe cõtrouerſi

Queſtionum
genera

am in dicẽdo poſitam:cũ ceterarũ ꝑſonarũ interpoſitione.auctor eſt Cicero libro.i.rhe. Atqꝫ vbi ſumma queſtio.i.ſtatus an ſciliꝫ in cõiectura an in diffinitione an in equitate: vt oſtendimꝰ ex Ciceronis v̾bis. Qui etiã in topicꝭ ſic ait. Queſtionũ aũt quacũqꝫ de re ſint duo ſunt genera Unũ cognitionis alterũ actiõis. Cognitiõis ſunt he quarũ finis eſt ſciẽtia vt ſi querat̃ natura ne ius ꝓfectum ſit an ab aliqua quaſi cõtradictione hoĩm ⁊ pactione.actionis aũt hmõi exempla ſunt.ſit ne ſapientis ad rempu.accedere. Cognitionis queſtiones tripartite ſunt:quum an ſit aut quid ſit:aut quale ſit querit̃ horum p̃mum cõiectura.ſcδm diffinitione: tertium iuris ⁊ iniurie diſtinctione explicat̃.cõiecture rõ in quattuor ꝑtes diſtributa eſt quarũ eſt vna quum

querit sit ne aliquid. Altera vnde ortū sit. Tertia q̄ in causa effecerit. Quarta in qua de mutatio
ne rei querit. hec Cicero: que q̄dem oia hic cōueniūt. ꝑsequitur idem plura etiam supradicta de
clarātia: sed ne lōgior sim relinquo: tu lector ip̄e videre poteris. Questio. Cicero lib. i. rhe. sic ait
questio est ea que cōflictione causarū gignit cōtrouersia hoc modo nō iure fecisti: iure feci. Vi-
ctorinus autē sic ait. Questio est vox intētionis ⁊ negationis. i. fecisti nō feci: aut iure feci. Que
veniāt diuersa pte sagitte. firmamentū intelligit. Est eñ firmamētum firmissima argumenta-
tio defensoris vt inquit Cic. li. i. rhe. D quo etiā paulo sup̄ius dictū est. Mercedē appellas
i. poscis: v̄ba sunt discipuli. Culpa docētis. poete verba: est aūt sensus: ꝙ docētis culpa arguit
cū obtusus: ⁊ hebes discipulus nil potuerit discere. Scilꝫ certe. Leua in pte mamille. Plini li
bro. xi. scribit. Cor aīalibus ceteris in medio pectore esse homini tm̄ infra leuam papillaꝫ. cordi
p̄cipuus calor. palpitat certe ⁊ q̄si alterū mouet ibi mēs habitat. Bruta existimātur aīaliū qui
bus durū riget: audacia q̄bus puum est: pauida q̄bus p̄grande: Maximū v̄o p̄ portionē est asi
no lepori ⁊ q̄busdā alijs. Nil salit archadico iuueni. hic optime Fabi⁹ li. i. sic ait. Illō tñ in p̄mis
testandū est nihil p̄cepta atqꝫ artes valere nisi adiuuāte natura q̄propt̄ ei cui deerit ingenium
nō magis hec scripta sunt q̄ de agrorꝫ cultu sterilib⁹ terris: Et hieronym⁹ in aureola inq̄t. ledit
discipulū mgr̄m si p negligentiā suā precepta eiusqꝫ laborē disp̄dat. Archadio iuueni. i. asinino
ignauo: ⁊ frigido. Archades asini in achaia optimi ⁊ in italia rheatini: vt scribit pli. li. vij. ipsuꝫ
aīal frigoris maxime impatiēs. ideo nō gn̄at in pōto. Et strabo scribit in archadia fuisse pecori
pascua p̄sertim equis atqꝫ asinis equarum suppositoribus. Dirus Hannibal. declamatio de Hā
nibale. A cannis: e vico illo appulie. de cānis aūt latius videto in fine. ij. sat. An petat vrbē a cā
nis: Liui⁹ li. xxij. vbi de clade cānēsi meminit sic ait. hānibali victori: quū ceteri circūfusi gratu
larētur suaderētqꝫ: vt tāto ꝑfunctus bello diei qd̄ reliquū esset noctisqꝫ insequentis: q̄etē ⁊ ipse
sibi sumeret: ⁊ fessis daret militib⁹ Maharbal p̄fectus equitū minime cessandum ratus imovt
quid hac pugna sit actū scias: die quinto iquit: Victor in capitolio epulaberis: sequere cū equi
te. vt prius te venisse q̄ venturum sciant. Precedant Hannibal inquit inimici: leta res est: sed
via maior: q̄ vt eam statim capere animo possim: itaqꝫ volūtatē se laudare: Maharbalis ait: ad
cōsilium p̄sandū tempus opus esse. Tum Maharbal: non oia eidem dij dedere: Vincere scis
Hannibal: victoria vti nescis: hec Liuius. Circūagat. reducat Madidas a tēpestate. cum ha-
nibal post cannenseꝫ cladē ad tertiū ab vrbe roma lapidē sup anienē castra posuisset: cumqꝫ per
triduū in aciē vtrinqꝫ exercitus omis descendisset: certamē tēpestas diremit: nā cū in castra re
dijssent statim serenitas erat. In religionē ea res apud penos versa est: auditaqꝫ vox hanniba-
lis fert: potiūde sibi vrbis rome modo mentē nō dari: modo fortunā. his motus ad turiā fluuiū
castra retulit sex milia passuū ab vrbe: redijtqꝫ in cāpaniā: hec oia scribit Liuius lib. xxvi. Nos
etiā plura diximus satyra sexta ibi Ac proximus vrbi hannibal. Quātūvis stipulare: poete ver
ba sunt. est aūt sensus. Interroga quātūuis: nā illico dabo: ⁊ age vt pater discipulū totiēs audi-
at: quotiens p̄ceptor ꝑfecto mercedē oēm relinqueret fastidio ductus: p̄ceptori tñ nihil tribuit
Ast alij sex: sensus est: ꝙ aliq̄ alij qui erant declamatores fictas materias relinquētes veras in
iudicijs causas agitabāt: erāt eñ effecti causidici vt aliq̄d lucrarent: sed tñ id minimū erat: vt i
fra ostendet. Vno cōclamāt ore. clamat eñ a causidicis in foro: inde clamosum forū dicit. Se-
neca in hercule furēte: hic clamosi rabiosa fori iurgia vendēs. improbus iras ⁊ verba locat. So
phiste: philostratus ait ꝙ antiq̄ sophistas denoiabāt rhetores declamātes ⁊ illustres: et victori
nus in prologo suo sup rhetoricis Ciceronis sic ait: Rhetor est qui docet litteras atqꝫ artes tra
ditor eloquētie. Sophista est apud quē dicēdi exercitiū discit. Orator est q̄ in causis priuatis ac
publicis: plena ⁊ ꝑfecta vtit eloquētia: sophia sapiētia dicit: sophiso doceo sapientiā: sophisma
fraus deceptio cautela cōmētū captio. sophisteyo doceo: sophistes orator p̄ceptor sapiēs dece-
ptor Socrates i gorgia platonis inq̄t: ꝙ idē ꝑfecto est sophista ac rhetor vel ꝓpīquū aliq̄d atqꝫ
sile. Raptore relicto. i. ficta cōtrouersia de raptore: hoc est stupratore: q̄ frequēs in scholis age-
bat ad hūc modū Rapta raptoris aut nuptias idotatas: aut mortē optat. vna nocte quidā duas
rapuit: altera mortē optat altera nuptias. hec loca meo quidē iudicio merula optime interp̄tat⁹
est: iccirco ⁊ ego secutus sū. soleo eñ doctorꝫ virorꝫ iudicia seq̄ libenter quū recta esse vident: vbi
aūt noui aliq̄d afferre possū: qd̄ recti⁹ visū fuerit: soleo q̄ libētissime a doctorꝫ etiā sētētijs diuer
tere: qd̄ passim ⁊ in hoc ope ⁊ in alijs videri lꝫ. Fusa venena silēt: hoc ē nō agitat a sophisticis fi
cta ꝯtrouersia de venenis vt pri⁹ agitabat: sꝫ veras agitāt lites. Fusa venena silēt. actio hec erat
veneficij ꝓ iuuene ꝯtra meretricē. Fabi⁹ eñ sic facit argumētū in declamatiōe quadā. meretrix

Hannibal ad cannas

Hannibal ad vrbem

Turia fluui⁹

Sophiste

Rhetor

Rophista

Orator

Sophistes

amatori suo pauperi dedit odij potionē. adolescens desijt amare. accusat illā veneficij. Conuenit
etiā actio illa pro filio cōtra patrē. Cuius argumētū sic facit: idē Quintilianus. filiū ter abdicare
voluit pater victus. Inuenit quodā tēpore in secreta domus parte medicamentū terentē: inter
rogauit qd esset: cui parasset. ille dixit venenū: ⁊ se mori velle. iussit pater bibere: ille effudit me-
dicamentū. accusatur a patre parricidij. Malus maritus: male tractationis actionē tangit pro
vxore cōtra maritū. in argumēto cuius sic ait Fabius. male tractationis sit actio. Que amissum
filiū nocte videbat in somnis: indicauit marito: ille adhibito mago incantauit sepulcrū. mater
desijt videre filium. Accusat maritū male tractationis. Ingratusqꝫ maritus: Actio ingrati que
talis inducitur a Seneca. Torta a tyrāno vxor an de viri tyrānicidio sciret perseuerauit negare
postea maritus eius tyrannū occidit. Intra quinquēniū non parientē sterelitatis noīe dimisit.
Agit illa ingrati. Et que iā veteres sanāt mortaria. Declamatio significat filij cōterētis in mor
tario medicamina ad sanandos ceci patris oculos: que nouerca venena esse dixit: ⁊ pater credi
dit: testamentumqꝫ mutauit. He deniqꝫ scholastice erant controuersie: que quidē ob nulla labo-
ris in docēdo p̄mia desierant agi a sophistis: iam veras causas in foro agētibus: vt aliqd lucra-
rentur: qd tamē erat minimū. Ergo sibi dabit ipse rudē. Consulit poeta amico pueros docēti: vt
cōsueto officio seposito. aliud viuendi iter ingrediat: ex illo em̄ nihil habet emolumēti. ¶ Ergo
sibi. Ordo est. Ergo si nostra mouebūt cōsilia dabit sibi rudē: ⁊ vite diuersum iter ingrediet ipe
qui ab vmbra rhetorica descēdit ad pugnā: ne pereat summula. ⁊c. Rudē: docēdi quietē ⁊ finem
De rude virga latius sat. vi. Diuersum: scilicet ab arte rhetorica ⁊ declamādi modo. Ad pugnā:
Thessera — id est ad forenses ⁊ veras causas: nā dixit ⁊ veras agitant lites. Ab vmbra rhetorica: a declama
tione ⁊ scholastica ꝯtrouersia: ficto em̄ themate declamabāt. Sūmula: p̄uula merces. Thessera:
frumēti vilis: erant thessare quibus frumentorū numerus designabatur. Thessera etiā dicebat
preceptū ducis: quo vel ad aliqd opus: vel bellū mouebat exercit⁹. Quod Vegetius scribit li. ij.
cap. vij. hinc ait Maro. It bello Thessera signū. Venit: id est venditur. est enim sensus ꝙ tanti
erat merces illa: quāti vēdebat thessera vilis frumēti. Nec aliter est intelligēdū. Magistratib⁹
aūt licebat ī vsus suos frumētū accipe: an vellēt p frumēto p̄ciū: q̄ estimatio dicebat. Auctor est
Pedian⁹ lib. iij. de pretura vrbis. Merces: tū docendi: tū agē di. Lautissimima: opulēta opima
Chrysogonus: in. vi. satyra citharedi nomē est. ibi scilꝫ Sunt que Chrysogonū cantare vetent
Pollio etiā citharedi nomē ibidem: dicit em̄ An capitolinā deberet pollio quercū sperare. qua
propter miror illos qui voluerūt hoc loco rhetorū esse noīa: cum pro citharedis accipi debeāt
ij enim maxime lucrabantur: vnde Martialis lib. v. ad lupū ait: de filio: Artes discere vult pe-
cuniosas fac discat citharedus aut choraules: quod quidē latius dictū est in principio huius sa-
tyre. per citharedorū deniqꝫ exempla ꝓbat Juuenalis sophistas debere ingredi diuersum viuē
di iter: cū illi qui longe eis inferiores essent multo plura cōsequerent. Lautorū. diuitū. Scin
dēs. deridens: lacerans: vituperans: plus em̄ citharedi lucrabant q̄ rhetores. ꝙ aūt scindere
pro illis significatis poni soleat Ouidius quoqꝫ ad inuidū scribēs vltima elegia de ponto inuit
his verbis. Ergo summotū patria proscindere liuor Desine. neu cineres sparge cruente meos.
vbi ⁊ prius dixerat: Inuide quid laceras nasonis carmina rapti. Non solet ingenijs summa no
cere dies. Et Pli. li. xxxvi. ca. vi. sic ait. Hic nanqꝫ est Mamurra catulli veronensis carminibus
Theodorus — procissus. Theodori. theodorus cadareus fuit rhetorice p̄ceptor: vt Suetonius tradit in Ty-
berio. Et Quintilianus libro tertio.

Ascen. — ¶ Declamare doces? Cum misera sit conditio causidicorū: miseriorē esse docet rhetorū qui
causidicos ⁊ oratores ceteros docent: vsqꝫ adeo vt ferrea videat habere pectora: quisquis aut
grāmaticen aut rhetoricen docere ausus sit. Nā qui rē difficillimā aut periculosissimā attētare
audēt ferrea hn̄t pectora: vt q̄ prim⁹ nauigauit apō Hora. dicētē in p̄mo carminū. Illi robur et
es triplex circū pectus erat ⁊c. Exclamat ergo cōtra vectiū ⁊ quēuis silem q̄ declamare docent
Declamare aūt est de ꝓposito themate ad vtrāqꝫ partē ꝓbabiliter argumētari: qd rhetores do-
cebāt: sed nōnulli declamatores quos vulgus p̄dicatores appellat dici volūt: eo ꝙ sepe in vtrāqꝫ
ꝑtē argumētent: lꝫ alterā doceāt. ¶ Ordo est. Vecti doces tu declamare. i. in vtrāqꝫ ꝑtē de qua
cūqꝫ causa argumētari qd rhetorū officiū est: o ferrea. i. o durissima pectora tua qui talia suffer-
re potes. Calderinus vult vt sit gtī casus sic: tu doces declamare o ferrea pectora vecti. i. vectij
mihi placet invctō cōstrui. Quū. i. qn̄ classis. i. schola ⁊ cōgregatio scholasticoꝝ vni rei vacātiū
nūerosa. i. in magno nūero cōstituta: ꝑimit. i. ꝑimēdos ꝓbat declamādo. s. seuos tyrānos. i. cru-
deles viros regnū ꝑ violentiā occupātes: qd thema oīm vulgatissimū erat. Classes oli vt docet

Liuius inter milites romanos quinq3 erãt:erat aũt cõgregatio advnũ officiũ vocatorũ:q2 aũt diſcipuli tyrones.i.noui milites litterarũ ſunt:ideo eoꝝ ꝯgregationes q̃ loca q̃dã vocãt claſſes dicunt. Nibil dico de q̃buſdã qui expoſuerũt ſic. Cũ claſſis numeroſa perimit ſeuos tyrãnos.i. rhetores ⁊ ludimagiſtros:qui vt Marti.docet ferulas pro ſceptris hñt:vnde tyrãni a crudelitate feriendi dicti ſint:vel q2 dyoniſius tyrãnus ſicilie ludimagiſter effectus ẽ:quid eñ hec ad ſententiã poete?ꝓfecto eiuſmõi ſunt cõmẽta qualia politian⁹ ca.xxxiij.domitiũ de cãbre afferre docet:vident aũt inducti ad talẽ ordinẽ cõſtruendũ ꝓpter illud nã qđ ſequit:qđ referunt ad ꝟbũ ꝑimit vt ſit:ꝑimit inquã tyrãnos.i.occidit p̃ceptores ſeuos.nã pro q2 q̃cũq3 ⁊c.cũ poti⁹ referatur ad illud o ferrea pectora vecti cũ perimit. Nã ordo eſt(vt dixi) O ferrea pectora tua vecti que nõ rũpunt tũc p̃cipue dũ numeroſa claſſis ſcholaſticoꝝ ꝑimit ſeuos tyrãnos.i.ꝓbat veriſimiliter ipſos eſſe perimẽdos: Nã quecũq3 ea claſſis ſedens ſub preceptore legerat mõ dictata a magiſtro:eadẽ ipſa ſtans ante magiſtrũ proferet.i.ꝓnunciabit:quod ineruditoruz eſt: qui nõdũ ipſi cõficiebãt declamationes:ſ3 cõfectas a p̃ceptoribus debite ꝓnũciare diſcebãt:vnde addit et ipſa claſſis numeroſa:cãtabit.i.cõcinue pronunciabit.eadẽ ſup.dictata magiſtri de tyrannis occidendis:atq3 iiſdem verſibus.i.comatis ⁊ periodis:hoc eſt eodẽ numero verborum pauſando:et diſtinguẽdo:⁊ ita crãbe repetita.i.eadẽ declamatio totiẽs a diuerſis recitata:occidit miſeros magiſtros ſicut crãbe.i.braſſica amarior ſepe recocta ⁊ repoſita miſeris eaveſcentibus:quaſi mors eſt:ſicut.iiij.Reg.iiij.ꝓpter amaritudinẽ decoctionis clamatũ eſt. Mors in ollavir dei.vnde grecuz inq̃t pollitianus deuerbiũ eſt dis crãbe athanatos.i.bis crambe mors ſup.eſt quaſi qui bis eandẽ decoctionẽ herbarũ amariuſcularum comederit ita excrucietur:vt qui moritur:vnde nõ eſt hic crãbe nomen declamationis a loco ſumptũ:ſed braſſice quo vtitur poeta:ea figura qua rem ꝓ ſimilitudine rei vſurpare poete ſolent.ſicut eñ in prima ſatyra.actoris arunci ſpoliũ poſuit pro ſimilitudine inter ſpoliũ actoris ⁊ ſpeculũ othonis:q2 vtrunq3 pro re glorioſa auferebatur:ita hic crambẽ ponit pro ſimilitudine que eſt inter cramben ſepe antepoſitã: ⁊ declamationẽ eãdẽ totiẽs repetitã:q2 vtraq3 enecat ⁊ occidit tedio. Male mereberis de me lector ſi prolixitati mee iraſceris :doceo eñ rudes qui vix hec intelligent ſcio. Omnes volunt noſſe.i.cognoſcere quis color.i.que ratio ſit afferenda reo ad recuſandũ depellendi criminis cauſa:⁊ qđ ſit gen⁹ cauſe:an demõſtratiuũ an deliberatiuũ an iudiciale:triplex eñ eẽ Cicero docet. Atq3 vbi.i.in quo ꝯſiſtit ſup.ſũma q̃ſtio.i.ſtat⁹:an.ſ.in ꝯiectura : an in diffinitiõe an in eq̃tate:⁊ q̃ ſagitte.i.q̃ obiectiões aut reſpõſiões acres veniãt a ꝑte diuerſa.i.collitigatoris. Mãcinellus de firmamẽto exponit.ſed nemo vult ſup.ſoluere mercedẽ.i.preciuz laboris . Qđ verbum videt eſſe p̃ceptoris ad diſcipulũ. Unde reſpõdet vn⁹ diſcipuloꝝ. Appellas tu mercedẽ id eſt p̃cium qđ meruiſti.q.d.id iniquiſſime facis.quid eñ ſcio.q.d.nihil. Si ergo nihil me docuiſti:nihil meruiſti:⁊ ita nihil mercedis tibi debet. Uñ addit poeta:ſc3 : q2 certe ⁊ hoc ꝑ indignationẽ culpa docẽtis.i.doctoris arguit.i.rep̃hendit. Uel ſint verba p̃ceptoris ad diſcipuluz qđ ꝓpterea mihi nõ diſplicet:q2 ſtatim dicet cui⁹ mihi ⁊c.quaſi ſint ꝟba rhetoris ⁊ ita ordo erit ſc3 culpa mea docẽtis arguit:q2 nihil ſalit ſup.tibi iuueni archadico ⁊c.ex.i.q2 nil ſup.viuacis ⁊ calidi ſanguis vñ ingenij ⁊ aioſitatis vis eſt:ſalit iuueni archadico.i.aſinino magnũ cor habẽti multi eñ aſini ⁊ ſane magni in archadia ſunt:nihil aũt ad diſciplinã aſino tardius:in leua parte mamille.i.in p̃cordijs.vñ Uirgi.geor.ij. Sin has ne poſſim nature accedere ꝑtes frigidus obſteterit circũ p̃cordia ſanguis ⁊c.cui⁹ ſup.iuuenis hãnibal dir⁹.i.declamatio de hãnibale q̃ dir⁹ erat romanis implet mihi.i.cuius p̃ceptori:caput q̃q3 ſexta die.quod imperiti dicũt omi ſexto die:vel de ſex dieb⁹ ſemel aut vno. Implet inq̃ audiẽdo .ſ. q̃cq̃d.i.de quocũq3 deliberat hãnibal: an petat.i.petere hoc eſt adire debeat:vrbem videl3 romã a cannis:i.ab illo vico vbi plurimos romanos fuderat:an ipſe cautus.i.callidus ⁊ vafer circũagat.i.per cirnitum reducat cohortes.i.milites ſuos in cohortes diſtributos madidas.i.humidas a tẽpeſtate.i.propt tẽpeſtatem pluuioſam poſt nymbos ⁊ fulmina.i.poſt hymbres qui ingruerant. O rhetor inquit poeta: ſtipulare.i.ꝑ ſtipulationem pete a me quãtum vis:⁊ accipe protin⁹ quod do tibi:q2 ſtati dabo qđ petieris.vt pater diſcipuli tui audiat illum totiens declamantẽ.q.d.tam faſtidioſuz id erit vt quauis mercede ꝯſtituta efficere nõ queas: Uel ſint verba patris:vt ſit ordo. Pater diſcipuli tui vt audiat illum totiens declamantem:dicit tibi ſtipulare quantumvis:⁊ accipe quod do tibi:hoc eſt plurima promittet tibi. Aſt.i.ſed: ſex ⁊ plures alij ſophiſte.i.rhetoricã docentes clamãt vno ore contra patrem qui tibi talia promiſit:⁊ ipſis itidem promiſerat ſed nihil ſoluerat:⁊ ideo agitãt veras lites.i.non fictitias ſicut in ſcholis.⁊ hoc raptore.i.themate de raptore relicto in ſcholis

sc3.id est non docent in causa ficta quomodo cōtra raptorem virginū declamandum sit:⁊ venena fusa silent.i.non loquūtur.illic de causa fictitia alicui⁹ qui venenum dicitur infudisse. malus ⁊ ingratus maritus.i.declamatio de marito ingrato ⁊ male tractante cōiugem vt qui inique ꝑcussit aut exegit eam sup.silet.i.nulla fit de ipso a rhetoricis siue sophistis mentio:⁊ mortaria.i.declamatio de mortarijs in quibus filius se ꝯtriuisse asserit medicamina q̄ sanāt veteres cecos id est oculos patris vetustate cecutiētis:cū nouerca dicat ea venena fuisse sup.silent.Ergo dicit poeta:si nostra consilia mouebūt ip̄m rhetorē:ipse dabit sibi rudem.i.virgam qua habita emeritus sit.i.nō amplius tali officio vacans.hoc est dimittet oīno artem rhetoricam:⁊ ingredieẗ genus vite.i.modum viuendi diuersum sup.a rhetorica professione.is inquā donabit sibi rudē ⁊ ingredietur diuersum genus vite qui ab vmbra rhetorica.i.a simulata actione que quasi vmbratica est:descendit ad pugnam.i.ad veram actione3 ⁊ ad verā litē:ne sūmula.i.minima summa pecunie ꝓmisse in mercedem.pereat.i.nō restituatur sibi:qua scil3 summula.i.pro qua tessara.i.signum quo certa mensura aut certus numerus frumenti ip̄m a diuitibus habētibus dabatur sicut habentibus signum plumbeum canonicorum portio canonica datur.accipitur ergo pro mensura vt sit qua tessara.i.certa ⁊ modica mensura vilis frumenti:venit.i.venditur.quippe:quia certe hec merces que ascendebat ad valorem tessare:erat sup.lautissima.i.lautissimi patris.Tenta:si nō credis mihi conare exposcere sup.tantum pro mercede:quanti.id ē quāto precio vel quanta mercede chrisogonus fidicē aut cytharedus ille vel quanti pollio cytharedus alter scindens.i.annihilans vel irridens artem theodori.i.rhetoricam quam theodorus docuit:doceat pueros lautoꝝ.i.munde ⁊ laute viuentium.q.d.id frustra feceris:q̄r nemo tantū ꝓ eruditione filioꝝ quantum pro rebus inutilibus expendit:qđ in sequētibus docet.

Balnea sexcentis:⁊ pluris porticus:in qua
Gestetur dominus quotiens pluit:an ne serenu3
Expectet?sparga tq3 luto iumenta recenti?
Hic potius:namq3 hic munde nitet vngula mule
Parte alia longis numidarum fulta columnis
Surgat:et algentem rapiat cenatio solem
Quāticunq3 domus:veniet qui fercula docte
Componit:veniet qui pulmentaria condit:
Hos inter sumptus: sestertia quintiliano
Ut multum duo sufficient:res nulla minoris
Constabit patri q̄ filius.vnde igitur tot
Quintilianus habet saltus?exempla nouorum
Fatorum transi:felix ⁊ pulcher ⁊ acer:
Felix ⁊ sapiens ⁊ nobilis ⁊ generosus
Appositam nigre lunam subtexit alute.
Felix orator quoq3 maximus ⁊ iaculator
Et si perfrixit cantat bene:distat enim que
Sidera te excipiant:modo primos incipientem

Man.

¶Balnea sexcentis ostendit poeta omnia pluris cōstare ꝑentibus q̄ filios:in illis enim erudiendis minimum quidem exponebant. Sexcentis. ꝯstabunt sup. Sexcentis.s. sextertijs. Pluris videlicet illis sexcentis. Dominus.ipse emptor. An ne serenum. Amici verba. An ne serenum expectet.quasi dicat expectare debet. Et an ne spergat iumenta luto recenti quasi dicat minime spargere debet. Hic potius.in porticu potius gestetur dum pluit. Recenti.nuper facto ob pluuia3. Nitet.non enim luto spargitur. Numidaru3 colūnis. In numidia ē lapis optim⁹ ad columnas. Unde suetoni⁹ de honore Cesari a populo collato. Postea inquit solidam columnā proprie viginti pedū lapidis numidici in foro statuit scripsitq3 parenti patrie. Plinius autem libro.xxxvi.cap.vi.scripsit: Marcum Lepidum Catuli in consulatu colligam primu3 omnium. Limina ex Numidico marmore in domo posuisse magna reprehensione.aitq3 hoc primum inuecti Numidici marmoris vestigium se inuenisse:non in columnis tātum crustisve ab illo positum:vt

Numidicum Marmor

Edere vagitus:⁊ adhuc a matre rubentem:
Si fortuna volet:fies de rhetore consul
Si volet hec eadem fies de consule rhetor
Ventidius quid enī? quid tullius? an ne aliud ꝙ
Sidus:⁊ occulti miranda potentia fati?
Seruis regna dabunt:captiuis fata triumphos:
Felix ille:tamen coruo quoqꝫ rarior albo.
Penituit multos vane sterilisqꝫ cathedre
Sicut trasymachi probat exitus:atqꝫ secundi
Carinatis:⁊ hunc inopem vidistis athene
Nil preter gelidas ausē conferre cicutas.

Mamurra caristinum posuerat sed in ianuis:⁊ vilissimo liminuz vsu. Fulta:munita:Plinius libro.xxxvi.cap.sexto sic ait.Columnis demum vtebantur in tēplis: nec leticie causa: nondum enim ista intelligebantur:sed quia firmiora aliter statui non poterant postea inquit.ꝙ Mamurra primus totis edibus nullam nisi e marmore columnam habuit omnes solidas e caristio aut lunensi. Algentem solem: id est hibernuz.Columella enim libro.i.capi.sexto scribit ꝙ cenationes brumales spectare debent equinoctialem occidentem:cenationes vero estiue prospectent hibernum orientem:hoc autem dixit:q: estate cenatur ad vmbram hyeme ad solem. Cenatio. Varro scribit:ꝙ vbi cenabāt:Cenaculuz vocitabant:sed postea ꝙ in supiore parte cenitare ceperūt superioris domus vniuersa cenacula dicta.et Apuleius libro.ix.sic ait:Nec oblitus ille veteris amicitie prompte suscepit:meqꝫ per scalas complicitis pedibus in superius cenaculum attracto ⁊c.Idem aūt cenatio est.vt hic locꝰ ostendit.cenādi videlꝫ locus. Quāticunqꝫ domus.s.constabit. Veniet.s.quāticunqꝫ ē aūt sensus:ꝙ in edificijs:⁊ coquis pandis plurimū diuites ipendunt:in filijs vero erudiendis pene nihil:⁊ id qm̄ illorū minimā curā gerūt:cū oppositū esse deberet. Adhibere scꝫ oēm curā:⁊ diligētiā circa filios vt optime ⁊ diligenter edocerēt qd̄ quidez fieret si preceptoribus satisfieret. Fercula.iura Apuleius lib.x.metamor.scribit diuitē quendaz habuisse pistorē dulciariū qui panes ⁊ mellita cōcinnabat edulia.habuisse etiā coquū qui sapidissimis nutrimentis succū pulmēta condita vapore mollibat. Pulmentaria.obsonia sapores dicūtur aūt a pulte:Plinius em̄ lib.xviij.cap.viij.sic.ait.Pulte aūt longo tpe nō pane vixisse romanos manifestū:quoniā inde et pulmentaria hodie dicūtur:hec ille.Erat aūt puls cibus ex farina factus:de qua varro sic ait:puls appellata vel ꝙ ita greci:vel ab eo vti scribit Apolodorus ꝙ ita sonet quū aqua feruenti inspicit:postea inqt:ꝙ a pulte pulmentū hinc pulmentariū dictū ꝙ aūt pulmentū pro obsonio ponat ostendit etiā Cicero libro.v.tuscul.his verbis: cubile terra pulmentū fames erat Anacharsi philosopho. Quintiliano:ac si diceret summo rhetori. Unde igitur tot.amici verba. Igitur si ꝑuā mercedē recipit. Exempla.poete responsio. Nouorū.magnorū. Felix ⁊ sapiens. Quintiliani diuitias ⁊ fortune ⁊ fatorū benignitati iputat.hinc ait:Felix ille tamē coruo quoqꝫ rarior albo:est enī cōclusio horū oīm. Felix.i.qui felix ē et fortunatus est pulcher:est acer et fortis. Pulcher.phs lib.pmo eth.ait:ꝙ nō satis ad felicitatē idoneus est qui penitus est deformis aut ignobilis:aut solitarius sine ꝓle.felix.i.ꝗ felix est ⁊ fortunatus:est sapiēs:est nobilis:est generosus. Subtexit.ordo ē.felix subtexit.i.insuit lunam appositā nigre alute.i.calceo. Mar.lib.xij.in auarū amicū. Quid petit rupta quū pes vagus exit aluta. Et subitus crasse decidit imber aque? Appositā lunā. Nobiles calceos nigros cū luna inscripta gestabant:qua quidē nō sideris formā.sed notā centenarij numeri significabāt:ꝙ initio senatores centū fuerūt:quor filij patritij huiōi calceis vtebātur.hinc Stat.ait. Primaqꝫ patritia clausit vestigia luna. Plutar.vero aliter refert in ꝓblematis:Sed qd̄ diximus magis quadrare videt. Felix.i.ꝗ felix est ⁊ fortunatꝰ:est maximꝰ orator:est maximus iaculator qualis.s.fuit quītilianꝰ:⁊ licet ꝑfrixerit bene cantat. Orator.ꝗs sit orator: paulo supius dictū ē. Iaculator.argumētator vel dialecticus vel sophista. Perfrixit.refrigeratus est.qui aūt ꝑfrixerat raucus erat amissa vocis gratia. Martia.lib.iij.in maximū ꝑfrixisse tuas questa est ꝑfatio fauces. Quītilianus vero etiā si ꝑfrixerit fatorū beneficio vocis gratiam seruat. Distat.differt. Sidera te excipiāt.hoc

Cenaculum
Pulmentaria
Puls
Pulmentum
Deformis
Aluta
Luna in calceis
Fata

Rhetores — ait: ꝙ Manilius li.iij.ita scribit. Fata quoq; ⁊ vitas hominū suspēdit ab astris: Sic felix: aut tri
ste venit per singula fatū. Si fortuna volet fies de rhetore cōsul.vt Quītilianꝰ: quē Ausoniꝰ scri
bit ad cōsulatū puenisse. Et Suetoniꝰ de rhetoribꝰ inquit. Magna etiā professorū atq; doctorū
profluxit copia: adeoq; floruit: vt nonnulli ex infima fortuna in ordinē senatoriū: atq; ad sūmos
honores processerint. De cōsule rhetor. vt Valeriꝰ Licinianꝰ. De quo Pli.li.iiij.epistola ad Cor
Valerius Licinianus — neliū Minutianū ita scribit. Audistine Valeriū Licinianū in sicilia ꝓfiteri: Nōdū te puto au
disse: est enī recēs nūcius. Pretorius hic mō inter eloquētissimos causarū actores habebatur.
Nūc eo decidit: vt exul de senatore: Rhetor de oratore fieret. Itaq; ipse in prefatione dixit dolē
ter ⁊ grauiter. Quos tibi fortuna ludos facis: facis enī ex professoribꝰ senatores: ex senatoribus
Ventidius — ꝓfessores.⁊c. Vētidius quid enī: ꝑ exēpla qđ de fortuna dixerat ꝓbat. Valeriꝰ aūt li.vi.ca.x.scri
bit: ꝙ asculo capto. Cn. Pōpeij magni pater. Ventidiū etate puberē in triūpho suo populi ocu
lis subiecit. Sed postea rome ex parthis triūphum duxit: itaq; qui captiuus carcerē exhorrue
rat: victor capitoliū felicitate celebrauit. Idē eodē anno pretor ⁊ cōsul est factus. Gelliꝰ aūt lib.
xiiij.c.iiij. De hoc ventidio basso latissime scripsit. Quid enī: scȝ factus est. Tulliꝰ.i. Marcꝰ Cice
ro: qui humili loco natus erat: tantū tamē fortuna potuit: vt romani populi patronꝰ senator con
sul esset. In eoq; vno oīs statꝰ romanꝰ esset: Unde primꝰ oīm pater patrie appellatꝰ est. Magis
Seruiꝰ tulliꝰ — aūt cōuenit de Seruio tullio intelligere ꝓpter illud seruis regna dabūt.⁊c. Aliud: scȝ fuit. Si
dus: bonū scilȝ ⁊ prosperū. Seruis regna dabūt: In hoc seruius tulliꝰ testimoniū prebet. De eo
enī li.iij.sic Valerius.in tullo vero seruio fortuna precipue vires suas ostendit. Vernā: huic vr
bi natū regē dando.⁊c. Legito ⁊ Liuiū li.i. Seruis regna dabunt: fit in dn̄atu seruitꝰ.fit in ser
uitute dn̄atus: vt inquit Cicero ꝓ rege deiotaro. Captiuis: vt de Ventidio basso dictū est. Fe
lix ille tamē: cōcludit Quintilianū ex felicitate ⁊ fortuna ⁊ doctrinā ⁊ diuitias cōsecutum fuisse.
Felix ille tamen: ille Quintilianꝰ videlicet: felix scȝ est ⁊ rarior albo coruo: qm̄ quidē rari rheto
res vti Quintilianꝰ fuere felices. Unde optime sequit᷑. Penituit multos vane sterilisq; cathe
Thrasymachꝰ — dre. Penituit multos: exēplo ostendit multos docēdi artē reliquisse: cū labori non satisfieret: vt
Secundus carinas — Thrasymachus: ⁊ secūdus carinas: rhetores. Thrasymachi: thrasymachus carthaginēsis inter
sophistas a philastrato scribitur. Exitus: finis. reliquerat enī docendi studiū. Secūdi carinatis
Cicuta — Tacitus li.xv.in Nerone scribit. secūdū carinatē greca doctrina oretenus exercitū: quoq; animū
nō bonis artibus imbuerat. Philostratus in vitis sophistarū. secūdū atheniēsem sophistā com
memorat: Dion vero tradit Caligulā adeo inuidū ⁊ suspiciosum ad oīa vt secūdū carinatē rhe
torā in exiliū egerit: ꝙ aliquādo orationē quādā per exercitationē in tyrānos dixisset. Cicutas.
Socrates — Cicuta venenū est publica atheniēsiū pena inuisa semini et folijs refrigeratoria vis: q̄ enī sic ne
cātur: incipiūt algere ab extremitatibus corporis. Venerem extinguit testibus circa puberta
tem illita: Hec ex Plinij libro.xxv. Socrates autem inter alios athenis damnatus publice ve
Ascen. — nenū citute hausit. Quod latius satyra decimatertia ostendemus.

¶ Balnea sexcētis.⁊c.vt tetigi docet diuitibus nihil minoris esse ꝙ̄ liberorū eruditionem.
Si quis minus peritus grāmatice artis nesciat rationē latinitatis hmōi: quāti doceat pluris
agebat.⁊c. Sciat omne preciū venditionis emptionis locationis cōductionis doctrine discipli
ne estimationis appreciationis ⁊ quoduis simile a verbis regi in ablatiuo exceptis his quattu
or tāti quāti pluris ⁊ minoris cū eorū cōpositis: que sine substātiuo in abltō poni volūt etiam si
oporteret cōiūctionē diuersos casus copulare: aut in alio casu respōderi ꝙ̄ interrogatū fit. ⁊ idō
dices. ego tanti vendo quāti alij ⁊ non pluris fortasse etiā minoris. ego sex aureis ⁊ pluris emi
⁊c. cū substātiuis aūt etiā illa in abltō poni volunt. vt tāto ꝑcio emi: minori summa vendidi.⁊c.
Ordo est. Balnea sup.cōstāt diuitibus sexcētis sup.nūmis: ⁊ porticꝰ sup.cōstat pluris. porticꝰ
dico.i.via strata sub tecto qualis in claustris cōspicitur: ambitū vulgꝰ appellat: in qua dn̄s: id ē
diues ille gestetur: id est portetur quotiēs pluit: an ne dn̄s sup.expectet id est expectare debeat
serenū.i.serenitatē tēporis vt gestetur? q.d. indignū id esset: ⁊ vt spargat luto iumēta trahentia
vehiculū: Et si verba poete sunt irrisio est: sin amici diuitis illius: adulatio. hic sup.vehatur po
tius id est in porticu: nāq; vngule mule mūde id est nō lutose nitet hic. Cenatio.i.camera ad ce
nandū apta fulta id est sustentata longis.i.altis et prolixis: colūnis numidarū id est de marmo
re numidico factis surgat id est edificetur alte in alia parte habitationis illius diuitis et rapi
at.i.auide ad se recipiat solem algentē id est hibernū vel iam occidētem. Quāticūq;.i.quanto
cunq; precio sup.domus sup.constet: nihilominus supple aliquis qui componit: id est construit
docte id est ex arte fercula id est genera obsoniorū: et qui condit id est debito condimēto coquit

pulmentaria id est quevis obsonia vt pultem decoquenda. duo sestertia: id est quinqꝫ libre: sufficient.i. satis erunt vt multum id est vt res magna ⁊ ampla quintiliano id est optimo rhetori ad erudiendũ filiũ: inter hos sumptus id est vbi tot in aliis rebus expendũtur: Nulla res constabit patri minoris id est minori precio ꝙ filius. Contra quod verbũ obiicit dives vel defensor dicẽs. Si nihil datur vt dicis oratoribus. Unde igitur quintilianus rhetor ille notissimus habet tot saltus: id est loca saltantibus feris apta: que nimirũ spaciosa ⁊ divitum sunt. Respondet poeta a fatis id esse non a beniuolentia divitũ: qui si quintiliano fauerent non tot rhetores in paupertate degerent: sed qui felix est: id est fatũ benignũ habet invitis mortalibus plurima consequetur ad quod declarandũ plura intermiscet: cõclusurus ibi. Felix ille tamen coruo quoqꝫ rarior albo ⁊c. Ordo igitur est. O dives vel defensor divitis qui quintiliani divitias mihi obiicis transi: id ẽ pretergredere exempla novorũ id est magnorũ et inauditorũ fatorum id est noli mihi obiicere vnũ quẽ fata ditarunt. quia felix id est eufortunatus quẽ fata fouent: est sup. id est reputatur et habetur. et.i. pariter pulcher id est decorus in mẽbris: et acer id est strẽnuus in animo. ⁊ hec sũt bona nature. Felix id est is qui felix est: est et.i. pariter sapiens et nobilis ⁊ generosus: ⁊ subtexit id est subsuit alute nigre id est calceo nigro qui ingenuorum est: lunã id est formã lune appositã quod nobiliũ est ⁊ põposorũ: que sunt bona fortune. Felix.i. qui eufortunatus est ⁊ felici sydere natus: est quoqꝫ.i. etiã maximus orator: et iaculator.i. argumẽtator dialecticus aut sophista: et si id est ꝙuis perfrixit.i. raucus ex frigore effectus est: cantat tamẽ bene.i. reputatur bene cantare. Sunt qui frico frixi et fricui in preterito habere dicant: exponẽtes sic. Et si felix ille orator ⁊ iaculator perfrixit supple frontẽ id est pudorẽ exuerit: cantat bene id est reputatur optim⁹ musicus ꝙuis indecore id facit: sed prior sententia placet. Sunt autem hec bona scientie ⁊ industrie Ideo aũt felix hec omnia obtinet: enim pro quia: quia distat.i. refert interest: que sydera excipiant id est egrediẽtem capiant te incipientẽ modo edere.i. emittere primos vagitus id est flet⁹ infantiles (quia vt Plinius docet in principio. vii. libri a vagitu ⁊ lachrymis vitam auspicamur id est incipimus) et rubentẽ adhuc a matre id est qualis a matre egressus es: hoc est multum refert quem horoscopum habueris et qualem faciem celi in nativitatis tue hora: et id quidẽ astrologorum est approbare non nostrum si ipsi sydera violentiam habere dicant: potissimum ad fortuita: vnde dicit poeta. Si fortuna volet tu fies consul: qui est summus magistratus rome: de rhetore.i. qui fuisti iam rhetor vt Quintilianus. Et si eadem.s. hec fortuna volet tu fies rhetor de consule.i. qui iam fuisti cõsul: sicut Valerius licinianus: hunc ordinẽ tenet Manc. quo melior fortuna precedit: ⁊ nõ est reprobãdus licet quidã codices ecõuerso prius habeant fies de consule rhetor: ⁊ post: de rhetore cõsul. Quid em̃ sup. fuit ventidius qui in triũphũ vt captiu⁹ ductus postea triumphauit? Quid tullius sup. fuit.i. marcus tullius qui hũili loco natus oẽs magistratus romanos gessit: ⁊ primus patrie parens appellatus est: Manci. dicit de servio tullio potius intelligendũ esse. qui ex seruo ad regnũ romanũ ꝑuenit: sed is tullus nõ tullius vocatus est. dicit em̃ Ver. in. vi. Residesqꝫ mouebit Tullus in arma viros. Anne aliud sup. fuerãt ꝙ sidus id est syderis hoc est cõstellationis approbatio et miranda potentia fati occulti.i. ignorati a nobis. q.d. minime. fata dabũt seruis regna vt Seruio tullo: et dabũt captiuis vt vẽtidio triũphos id est summã gloriã q̃ mortalibus a romanis cõferri poterat. Fatũ est hoc loco virtus siderum cũ fato.i. volũtate ⁊ preordinatione dei: qui dixit ⁊ facta sunt: ⁊ quecũqꝫ voluit fecit. vnde a fando deductũ est: quicq̃d em̃ fatur deus diffinite futurũ nõ deerit. Et q: celi enarrant gloriã dei ⁊ opa eius ãnũciat firmamẽtũ: volũt astrologi fatũ ex astris posse deꝑhendi quasi ꝑ astra deus fetur. Fatũ preterea est aliq̃n mors a deo preordinata que inevitabilis est: multa de fato Cicero multũ theologi disputant: sed redeo ad ordinẽ. Quia ergo felix.i. felici sidere natus ꝑuenit ad optata etiã renuentib⁹ mortalibus: Ille scꝫ quĩtilianus qui ad divitias ꝑuenit: tamẽ.i. tametsi sit rhetor est sup. felix: sed est sup. quoqꝫ.i. etiã rarior albo coruo: q: rarissimũ evenit aut fato aut fortuna rhetorẽ divitẽ fieri: ⁊ ita nõ debebat fatũ novũ.i. inauditũ vnius rhetoris obiici contra id quod dictũ est ꝙ nemo daret quintiliano iam duo sestertia. posset etiã ordo esse. Ille quĩtilianus scꝫ est felix et quoqꝫ.i. etiã rarior albo coruo: et ita novũ est fatum eius: tamen id est ꝙuis ipse sit felix: penituit multos cathedre in qua rhetoricen docuerũt vane.i. inanis et sterilis: vnde nullum fructum consecuti sunt. sicut id est quemadmodum exitus id est finis trasymachi illius rhetoris carthaginensis atqꝫ secundi carinatis illius rhetoris: athene et id est etiã vos nõ solum romani vidistis hunc scꝫ carinatem inopem. quia etiã apud athenas pauper rhetoricen

docuit: vos inquã athene: nil ause conferre philosophis et rhetoribus preter gelidas cicutas: id est frigidissime herbe succũ venenosum quo socratẽ in carcere necauerũt. ⁊ id in athenas satyrico morsu adijcit poeta. Moris enim est satyrici per transitum quemcꝫ carpere: quem Horatius summopere obseruat.

Man.

¶ Dij maiorum vmbris. Maiores laudat: quod preceptorez loco sancti parentis esse voluerunt. Umbris: scꝫ dent. Perpetuũ ver continuos flores. Qui preceptorem. Fabius libro secundo de discipulorũ officio sic ait. Discipulos id vnũ interim moneo: vt preceptores suos non minus quam ipsa studia ament: ⁊ parentes esse nõ quidẽ corporum: sed mentiũ credant. Multum hec pietas confert studio: Nam ita ⁊ libenter audient. ⁊ dictis credent. ⁊c. Id autem Fabius A cicerone mutuatus est: Ait enim Cicero ad filiũ scribens epistolam. Non minus preceptorẽ amare habes quam ipsa studia: Cum ipse alter existat pater: non dico corpoꝝ: sed mentiũ multo magis illis excellentium: libẽter velis audire: ⁊ dictis credere: et illi vt similis fias desiderare: ⁊ tandem inter alios studẽtes te letum ⁊ a'acrem reddere: ⁊ si quando emenderis: non te irasci: ⁊ si lauderis te inde clariorez studio prebere: quia preceptoris officium est docere: Discipuli vero est: se docilem reddere quum opus sit. ⁊c. Metuens virge. Naso libro primo de arte sic ait: De achille. Qui totiens socios: totiens perterruit hostes Creditur annosũ pertimuisse senẽ. Quas hector sensurus erat poscẽte magistro Uerberibus iussas prebuit ille manus. Patrijs in montibus: id est in thessalis vt in pelio monte. Thetis enim apud statij achilleida sic ait. Quid enim cunabula paruo Pelion. ⁊ torui cõmisimus antra magistri. Cythare di magistri: id est chironis centauri. Naso libro primo de arte: Phillirides puerum cythara perfecit achillem. Itez Eacide chiron: ego sum preceptor amoris. Cedit: percutit. verberat. Rufum: is rhetor erat: qui quidem in declamationibus suis fingebat Ciceronẽ cũ allobrogibus sensisse sumens ex historia thema. Scribit enim Salustius quod catilina legatos allobrogum ad societatẽ belli patrij sollicitauit. Illi tamen incerti quid agerent: tandem rem omnẽ Quinto fabio sange aperuerunt. Cicero postea per sangam consilio cognito: legatis precepit vt studiũ coniurationis simularent. ⁊c. Allobroga: allobroges gallie populi sunt iuxta Rhodanũ. quorũ metropolis est vienna. Auctor est Strabo libro quarto. Quis gremio enceladi: hactenus de rhetorũ parua mercede dixit. Nunc aũt ait: grãmaticos etiã multominus lucrari. Enceladus vero grãmatici nomen est: sicuti et palemon. De quo latius satyra sexta iam dictũ est. quam rhetoris era: scilicet sint. Discipuli custos: ostẽ

Discipuli officium

Achillis laus

Rufus

Allobroges Vienna

Dij maiorũ vmbris tenuẽ: ⁊ sine pondere terrã
Spirantesqꝫ crocos: ⁊ in vrna perpetuũ ver:
Qui preceptorem sancti voluere parentis
Esse loco. metuens virge: iam grandis achilles
Cantabat patrijs in mõtibus: ⁊ cui non tunc
Eliceret risum cythare di cauda magistri
Sed rufum atqꝫ alios cedit sua quẽqꝫ iuuentus
Rufum qui totiens ciceronem allobroga dixit
Quis gremio enceladi: doctiqꝫ palemõis affert:
Quãtũ grãmaticus meruit labor: et tamẽ ex hoc
Quodcũqꝫ est: minus est aũt quam rhetoris era:
Discipuli custos premordet acenetus ipse:
Et qui dispensat frangit sibi: cede palemon
Et patere inde aliquid decrescere: non aliter quam
Institor hiberne tegetis: niueiqꝫ cadurci:
Dũmodo nõ pereat medie quod noctis ab hora
Sedisti: qua nemo faber qua nemo sedebat
Qui docet obliquo lanam deducere ferro.
Dũmodo nõ pereat totidẽ olfecisse lucernas
Quot stabant pueri: cũ totus decolor esset
Flacchus. et hereret nigro fuligo maroni.

dit grāmaticorū mercedē nūq̄ dari integrā. Nā plures portiūculam auferunt soluēdo. Custos pedagogus: aut fidelis libertus. Premordet: preaccipit de mercede tua. Acenetus: sic est in antiquissimo textu. Diciturqꝫ ab a qd est sine. ⁊ cenotes cōmunitas: propriam em̄ spectabat vtilitatem. Et qui dispensat: id est economus. Est em̄ economus tam pecunie q̄ frugū ⁊ omnium que dominus possidet dispensator. Vtqꝫ Fabius li.iij. meminit. Economia est cura rerū domesticarū. Diximus ⁊ latius sat.i. Franget sibi: aliquā partē subripiet: quū mercedē pedagogo dabit vt preceptori ferat. Cede: concede. Palemon: id est o grāmatice. Inde: a constituta mercede. Institor: venditor: mercenarius qui prius patitur de precio prius petito aliquid detrahi. Hiberne tegetis: id est lodicis ⁊ culcitre: hinc ait. Niueiqꝫ cadurci: id ē niuei veli ac culcitre. Scribit em̄ Plinius li.xix. ꝙ in culcitris precipuā gloriā cadurci obtinēt: nā nullū linū est candidius. Lexe ve similius. Galliarū hoc ad tomenta pariter inuētum: ⁊ vniuerse gallie vela texūt. Perea[illegible]nitus scꝫ labor ipē docendi post noctē mediā. Mar. li.ix. Quid tibi nobiscum est ludi scelerate magister Infelix pueris virginibusqꝫ caput: Nōdū cristati rupere silētia galli Murmure quū seuo verberibusqꝫ tonas. Vtqꝫ Asconius libro primo Verrinarū scribit. Omnē scholam ludū dixere romani: ⁊ magistri ludi dicūtur: qui primas litteras docent. Deducere: trahere: attenuare: carminare. Obliquo ferro: hamis quibusdā ferreis in tabula fixis: qd passim videre licet. Olfecisse lucernas: docēdo videlicet pueros. Flaccus. Horatij liber ante pueros. Maroni. Bucolicis. Georgicis Eneidi.

Cadurci

Ludi magister

Ludus

Ascen.

¶ Dij maiorum vmbris. Precatur bona maioribus.i. priscis romanis ⁊ grecis qui preceptores suos nō minus q̄ parentes coluerūt. Ordo est. Dij sup. dent vmbris.i. manibus ⁊ cineribus maiorū scꝫ defunctorū terrā tenuē ⁊ sine pondere.i. leuiorē cyppū: vt dicit Persius.i. mollē sepulturā vt in pace requiescant ⁊ molliter ossa cubēt: credebāt eni gentiles bene esse manibus si leuior ⁊ florida esset sepultura: ⁊ dent crocos.i. flores croci: ⁊ perpetuū ver.i. viriditatē ⁊ amenitatē veris perpetuā in vrna.i. iuxta bustū vbi vrna cinerū cōbustorū recōditur: qui scilicet maiores voluerunt preceptorē esse loco sancti parentis: quia animorū nō corporū: vel loco id ē in veneratione parentis qui omis filio sanctus.i. venerādus ⁊ inuiolabilis esse debet. Achilles magnanimus ille ⁊ formidata tonantis progenies metuens virge id ē flagelli preceptoris sui chironis iustissimi centaurorū: iam tamē grandis effectus cantabat laudes chironis iā in patrijs montibus id est in thessalia que est patria eius: docet em̄ Homerus achillem inter bellicos sudores etiā preceptoris sui ⁊ educatoris chironis: quē centaurorū idem iustissimū predicat: laudem decantasse. Et cui cauda magistri cytharedi.i. chironis centauri: qui inferiorem partem vmbilico tenus equinā habuit: non eliceret tunc risum. q.d. cuilibet eliceret: et tamen achilles eo ꝙ preceptor erat laudauit eū. sed iuuentus id est multitudo iuuenum discipulorū cedit id est percutit ruffum rhetorem illum atqꝫ alios sup. rhetores ⁊ grāmaticos: cedit inquā: queqꝫ id est quēlibet sua id est quā docendam quisqꝫ habet. Rufum dico inquit poeta cedi a iumenta: qui ꝑ arrogātiā et factionē diceret totiēs Ciceronē optimū oratorē: allobroga.i. albogrū more crasse ⁊ inflate loquentē. Sunt em̄ allobroges nō lōge a lugduno burgundiā versus. ¶ Quis gremio ⁊c. Nūc grāmaticorꝫ.i. eorꝫ qui primas litteras docēt: miserrimā ostēdit cōditionē: vt qui parū mercedis ꝓ multis laboribꝰ: ⁊ id quidē nō sine interuētu litis obtineāt. Ordo est. Quis affert gremio.i. in gremiū (q: sedētibus preceptoribꝰ ad gremiū eorꝫ afferūt infantuli p̄ciū scholasticum) Enceladi ⁊ Palemonis docti vtriusqꝫ grāmatici: tantū supple q̄tum labor grammaticus id est litterarius hoc est docendarū litterarū meruit: quasi dicat nemo. Et tamen ipse custos discipuli: qui grece pedagogus dicitur. Acenetus id est proprij boni et non communis amator. premordet id est prius abrodit et diminuit quasi de crustulis et is qui despensat id est dispensator rerum domesticarum diuitis qui credita recipit et debita soluit: frangit priusq̄ pedagogo id est pueri ductori det: sibi aliquid et hoc sup. modico sup. precio quodcunqꝫ est: minus autem est qd grāmaticis datur q̄ sup. sint era id est pretia argentea rhetoris: O palemon peritissime et arrogantissime grammatice cede id est patere te vinci: ⁊ patere aliquid decrescere id est diminui: inde id est de modica mercede tua: non aliter q̄ patiatur supple de precio diminui: institor id est venditor mercenarius: tegetis id est lodicis hiberne.i. qua in hyeme vtimur: est enim densa ex lana linteis inserta: et pro id est cadurci id est veli: niuei.i. albi. dum modo non pereat id est dum aliquid mercedis habeas et eo ꝙ sedisti audiens et docens ab hora medie noctis qua hora nemo existens faber ferrarius cui mos est mane surgere: quia tarde operari non licet. et qua nemo qui docet deducere id est attenuare obliquo ferro id est hamis quibusdam in

tabulis fixis lanā.i.carptor aut carminator lanarū:sedebat.s.tūc:cū tu inciperes.dū modo inq̄ non pereat:olfecisse.i.odoratu ptulisse totidē lucernas.i.lāpadas quas pueri pauperꝝ noctu af ferūt:quot pueri stabant ante te dicētes dictata:cū.i.qñ flaccus.i.liber flacci horatij esset deco lor.i.decoloratus propter fuliginē:ꝛ cum fuligo.i.crassa nigredo ex vapore olei ardentis: here ret maroni nigro.i.libro eius denigrato.

Man.

Rara tamen merces:que cognitione tribuni
Non egeat:sed vos seuas imponite leges:
Ut preceptori verborum regula constet:
Ut legat historias:autores nouerit omnes
Tanq̄ vngues:digitosq̄ suos:vt forte rogatus
Dum petit aut thermas:aut phebi balnea: dicat
Nutricem anchise:nomen patriamq̄ nouerce
Anchemoli:dicat quot acestes vixerit annos:
Quot siculus phrygibus vini donauerit vrnas
Exigite vt mores teneros ceu pollice ducat
Ut si quis cera vultum facit:exigite vt sit
Et pater ipsius cetus:ne turpia ludant:
Ne faciant vicibus:non est leue tot puerorum
Obseruare manus:oculosq̄ in fine trementes.
Hec inquit cures:et quum se verterit annus
Accipe victori populus quot postulat aurum.

¶Tamen ꝛ si ab media nocte labores. Merces:p̄ceptoris.s. Uos discipulorꝫ parentes. Cōstet certa sit:ꝛ cōueniat:quo bene et re[illegible] pueri doceātur.

Therme

Thermas thermeno calefacio.therme calor:caliditas.thermos calid⁹. Inde loca aut aq̄s aut igni calentia lauādi sudādiue vsibus deputata Thermas vocauere:q̄ quidē ī vrbe plures fuerūt. Petit.adit. Balnea phebi.credim⁹ hec ī vrbe fuisse nō extra vrbē: Int⁹in q̄ dū quis vagať sepenumero accidit:vt de aliquo scriptorū obscuro loco interrogeť. Nutricē anchise. Que illa fuerit a null' scriptum est.

Grammatici

solebāt aūt grāmatici hmōi q̄stiones obscure exigere. ꝛ Suetoni⁹ scribit Tyberiū cesarē grāmaticos:q̄d genus hoim p̄cipue appetebat eiusmodi fere q̄stionib⁹ experiri:q̄ mater hecube:q̄d achilli nomē inter v̄gines fuisset:q̄d syrenes cātare sint solite.

Anchemolus

Nouerce Anchemoli. De h̄ Uirgili⁹ li.x.ait. Hinc sthelenū petit:ꝛ rheti de gēte vetusta anchemolū thalamos ausū icestare nouerce: Abien⁹ aūt Seruio referēte scripsit āchemoli nouercā dictā fuisse Casperiā. Acestes:de h̄ Maro li.v.ait:Senioris aceste.i.valde senis.sic em̄ exponēdum est quotiēs absolute poniť. Quot vrnas:quot cados.legiť em̄ li.i.en. Uina bon⁹ q̄ deinde cadis onerarat acestes ꝛc. Exigite.petite. Ceu pollice:tanq̄ digito. Ducat:formet.est aūt metaphora ab cera.q̄ digitis ducitur ad aliquā formā:quā tenerā teneris pueris cōpat. Ne faciāt vicib⁹. Pli.idē ferme admonet.libro em̄.iij.ep̄la ad hispulā de ilius filio sic ait. Jā studia ei⁹ extra limē ,p̄ferēda sūt:iā circūspiciēdus rhetor latin⁹:cui⁹ schole seueritas:pudor: in p̄mis castitas ɔstet ꝛc. In fine.s.libidīs In qua q̄dē oculorꝫ hirqui ꝛ anguli tremere solēt. Cures:sic legiť in antiquo textu.ꝛ ita legēdū est.nō aūt curas. Hec inq̄t cures.inq̄t pueri pr̄ tibi p̄ceptori. Cures hec:videlꝫ vt sis pať ipsius

Ann⁹ vertens

cetus:ne turpia ludāt: Ne faciāt vicib⁹.finito deniq̄ āno mercedē minimā sumes quātula certaturis offerebať. Et quū se v̄terit ann⁹.solaris ann⁹ ꝛ vertēs ꝛ magn⁹ vocať. Uertēs q: dūꝫ ad

Lune vnde

id signū se denuo vertit:exquo digressus ē.pagit cursum suū numero dierū.ccclxv.ꝛ quadrāte. Magnus v̄o habeť ,ppter lunarē annū:qui mensis est.q: luna paulo minus q̄ mēsem ī zodiaci circuitiōe cōsumit. Horꝫ virgili⁹ vtrūq̄ cōplexus: Interea magnū sol circūuoluiť annū: Hic

An

ateius capito:annū circuitū tpis putat dictū.q: veteres An pro circū ponere solebāt.vt an terminū pro circū terminum:ꝛ ambire:pro circūire. Hec ex macro.li.i.sat. Et quū se verterit ann⁹ accipe ꝛc.poete v̄ba sunt. Scribit aūt Macro.li.i.sat.q̄ finito anno mercedes exoluebāt magi

Preceptorum merces

stris.ait em̄ sic de martio. Hoc mēse mercedes exoluebāt magistris quas cōpletus ānus victoribus:q̄d quidē ꝛ Trāquillus ostendit his v̄bis de Claudio loquēs: Nec vllo spectaculi genere cōmunior:aut remissior erat adeo:vt oblatos victorib⁹ aureos prolata sinistra pariter cū vulgo

voce digitisq numeret. Est autem intelligendum q sicut hodieq certaturis premia proponuntur aut ex panno: aut ex moneta aliqua. &c. eodem modo olim agebatur. Victori vero popul9 fauens a prefecto ludorum postulabat illi oblatos aureos dari. quod idem & nunc fieri solet in certaminibus. populum scilicet victori oblata pmia postulare. hinc ludorum prefectus victori ppria manu: vti & Claudius faciebat: oblata munera tradit.

¶ Rara tamen. Eandem rem continuat docens difficilem & exiguam mercedem ex durissimis laboribus: Tamen. i. quis a media nocte doceas: rara sup. est merces que non egeat cognitione tribuni. i. que soluatur sine coactione tribuni. Sed vos parentes. s. discipulorum imponite preceptorib9 seuas. i. magnas & difficiles obseruatu leges: vt regula verborum. i. doctrine constet. i. innotescat preceptori: quia volunt parentes etiam hodie docere preceptores quid doceant. Volunt ergo vt fili9 legat historias: vt nouerit oes auctores tanq vngues & digitos suos vt ipe rogat9 forte. i. a casu dum petit. i. aggreditur intrat aut thermas. i. cameras calidas quas stufas galli vocant: aut balnea phebi illius viri: nisi potius dicam9 thermas esse in domib9: balnea phebi in stagnis aut riuis: a phebo. i. sole calefactis: dicat respondens scz nutricem. i. nomen nutricis anchise: patris enee. & nomen & patriam nouerce anchemoli illius viri: dicat quot annos acestes rex siciliensium quem Virg. seniorem dicit: vixerit: & quot vrnas vini. i. cados vt Virg. eneid. i. dicit siculus. s. acestes donauerit phrygib9. i. troianis que oia in Virg. tanguntur sed non explicantur: sunt aut friuole interrogationes. Et exigite. i. exacte poscite vt preceptor ducat tenera ora mores puerorum: ceu. i. tanq duceret eos pollice: vt. i. quemadmodum quis pollice ducit: si facit vultum. i. effigiem cera. i. de cera vel in cera que pollici obedit. exigite vt preceptor sit: et. i. etiam pater ipsius cetus non solum vt preceptor bonas litteras: sed etiam vt pater bonos mores eos docens: ne videlicet pueri ludant turpia. i. turpiter vel turpes. i. sodomiticos ludos: & ne faciant vicibus. i. vicissim turpitudinem illam: Non est leue. i. facile: obseruare man9 tot puerorum inspiciendo quid agant & contrectent. & oculos trementes in fine. i. inspicere an habeant oculos trementes quod signum est pacte libidinis. Pater aut poti9 poeta irridens inquit o preceptor cures hec: et quum annus se verterit. i. redierit ad idem principium: quia vt dicit Virg. Redit agricolis labor act9 in orbem Atq in se sua per vestigia voluit ann9: hoc est ergo expleto anno: accipe aurum. i. pcium quod populus postulat a prefecto aut tribuno tibi victori. i. votorum compoti: qui in iudicio patrem vicisti: id est sume has curas vt in fine anni si coniuncere poteris patrem habeas eam mercedem quam populus tibi postulauerit a prefecto aut tribuno vt ipse tibi persoluat. Ascen.

¶ Argumentum satyre Octaue.

Nobilis octaua propria virtute vocatur.

Satyra Octaua.



Temmata quid faciunt quid prodest pontice longo
Sanguine censeri: pictosq ostendere vultus
Maiorum: et stantes in curribus emilianos:
Et curios iam dimidios: nasumq minorem
Coruini: et galbam auriculis nasoq carentem



Temmata quid faciunt: Illos arguit psertim ponticum qui maiorum virtutibus se iactant. Cum ipsi ignaui sint. Itaq consulit eis. Vt virtutem ipsam viribus totis amplecti conent hoc enim modo vere nobiles et generosi fient. Nam genus & proauos et que non fecimus ipi vix ea nostra voco inquit Vlyxes contra aiacem libro. xiij. met. Nasonis. Tulli9 item contra Salust. ita scribit. Satius est tamen meis gestis florere: q maiorum opinione niti: & ita viuere vt ego sim posteris meis nobilitatis initium et virtutis exemplum. Et Seneca epistola. xliiij. ait. Non facit nobilem atrium plenum imaginibus: nemo in nostram gloriam vixit. Neq quod ante nos fuit nostrum est: animus facit nobilem. Quis est generosus: ad virtutem bene ab natura compositus. Stemmata: dicuntur stemmata corone & ornamenta. Dicuntur item linee seu ramusculi: Man. Nobilis Generosus Stemmata

quos in genere faciũt.quũ gradus cognationũ partiũtur vtputa ille filius:ille pater:ille auus.
ille proauus:ille abauus:ille atauus:ille tritauus. Persius satyra tertia. Stemmate ꝙ tusco ra
mũ millesime ducis. Et Suetoni⁹ de Galba scribit.ꝙ impator etiã stẽmata in atrio ꝓposuerat:
quo paternã originẽ ad iouẽ:maternã ad pasiphaen referret. Martia.itẽ lib.iiij.ad posthumũ.
Atria pisonũ stabãt cũ stẽmate toto. Seneca quoqꝫ epistola.xliiij.inqt. siquid est aliud boni in

Philosophia

Phia hoc est ꝙ stemma nõ inspicit. Platonẽ nõ accepit nobilẽ phia:sed fecit. Longo:antiquo.
Censeri:iudicari. Pictosqꝫ ostẽdere vultus maiorũ. Plini⁹ in ꝑncipio libri.xxxv.hec ait. Aliter
apud maiores in atrijs hec erãt q̃ spectarẽtur:nõ signa externoꝝ artificũ nec era aut marmora
Expressi cera vultus singulis disponebãtur armarijs:vt essent imagines.q̃ comitarẽt̃ gẽtilitia
funera semperqꝫ defuncto aliquo totus aderat familie eius:qui vnq̃ fuerat populus. Stemma

Imagines in atrijs

ta vero lineis discurrebãt ad imagines pictas:tabulis vero codicibus implebãtur ⁊ monumẽ-
tis rerũ in magistratu gestarũ:alie in foribus ⁊ circa limina animoꝝ ingentiũ imagines erant
affixis hostiũ spolijs:que nec emptori refringere liceret:que etiã dominis mutatis dom⁹ orna-
menta erant:hec ille. Paulo tamẽ superius ita scribit. Imaginũ quidẽ pictura q̃ maxime simi-
les in euũ propagabantur figure:qđ in toto exoleuit.⁊c. Et stãtes in curribus emilianos.i.triũ
phales viros. Nã paulus emilius fili⁹ eius qui apud cãnas cecidit de ligurijs triũphauit. Per-
sen regẽ macedonũ apud samathracas cepit:in triũphũqꝫ duxit. Eiusdẽ pauli filius Scipio emi
lianus a scipionis aphricani filio adoptatus Carthaginẽ intra sex menses deleuit. Numantiam

Paul⁹ emilius

in hyspania vicit:hec ⁊ plura Plinius de viris illustrib⁹. In curribus:de statuis ⁊ curribus triũ

Scipio minor

phalibus legito Pli.li.xxxiiij. Nos etiã diximꝰ saty.vij.ibi. Stat currus aheneus.⁊c. Curios le-

Ualerius Coruinus

gito in sat.ij. Dimidios:id aũt longã ꝓpter antiquitatẽ. Coruini. Ualeri⁹ coruinus tribun⁹ mili-
tũ aduersus ingentẽ gallũ prouocatorẽ solus territis oĩbus processit. Coru⁹ ab ortu solis galee
eius insedit:⁊ inter pugnãdũ ora oculosqꝫ galli verberauit hoste victo Ualeri⁹ Coruinus dict⁹
est:auctor est Pli. Nasum minorẽ:fractũ intelligit ob vetustatẽ. Galbã. Neroni galba successit

Galba

nullo gradu cõtingẽs cesarũ domũ. Sed haud dubie nobilissimus.magnaqꝫ ⁊ vetere prosapia:
vt qui statuarũ titulus pronepotẽ se. Q. Catuli capitolini semp ascripserit:impator vero etiã stẽ
ma in atrio ꝓposuerit:quo paternã originẽ ad iouẽ maternã ad pasiphaen minois vxorẽ refer-
ret:familiã illustrauit Seruius galba cõsularis tẽpoꝝ suoꝝ eloquẽtissim⁹:hec Trãquillus.

Ascen.

Temmata quid faciũt ⁊c. In hac octaua satyra reprehẽdit poeta ponticũ ⁊ eius
similes de nobilitate generis gloriantes cũ ipsi ignobiliter.i.turpiter viuãt:ta
metsi sola virtus vere nobilẽ faciat: Arguit aũt in principio eos qui vt nobilita
tẽ generis ostentẽt:ꝓponũt stẽmata.i.protractiones lineaꝝ cũ inscriptiõe no
minũ ⁊ ꝓpriorũ et appellatiuorũ oĩm ab vna radice descẽdentiũ sicut arborẽ cõ
sanguinitatis canonũ studiosi sibi cũ appellatiuis noĩbus describũt. Quõ si q̃s
ꝑ exẽplo stẽma ꝑmi regis albanorũ describere velit:ponat pro radice saturnũ:⁊ ꝓducat lineã
paternã sic. Saturn⁹ iouẽ genuit iuppit̃ dardanũ ⁊ venerẽ:dardan⁹ erichthoniũ: erichthoni⁹
troem:tros assaracũ:assaracus capim:capis anchisen.anchises ⁊ ven⁹ eneã. Maternã sic. Sa
turnus faunũ genuit:faun⁹ picũ.picus latinũ.latinus lauiniã:ex qua eneas ascaniũ ꝭm quosdã
primũ albanoꝝ regẽ ⁊c.huiusmõi aũt origines ⁊ ꝓpagationes:alij solis noĩbus ⁊ ꝑ lineas con
nexis describebãt:alij etiã statuas ex cera cõficiebãt:vt ex plinio per Mancinellũ accepisti et
vt declarabo in principio sequẽtis ꝑticule. Quia tñ stẽma proprie corona dicit̃:vult Calderinus
stẽma solũmodo ob aliqđ insigne facinus quauis corona aut nautica aut ciuica aut murali aut
laurea ⁊c.coronatorũ esse:nã nõ oĩm ꝓgenierũ stẽmata erant. ¶ Ordo est. O pontice quid stem
mata faciũt ad nobilitatẽ sup.verã? q.d.nihil. Quid prodest censeri.i.recenseri aut in lustris dũ
census disquirit̃ memorari longo sanguine.i.longe sumpta origine. Et quid prodest ostendere
vultus.i.effigies maiorũ suorũ pictos in foribus domuũ publicarũ aut priuatarum aut ex cera
formatos et postea coloratos:et quid prodest ostendere emilianos cuiusmodi erant scipiones
stantes:in sculptura scꝫ:in curribus triũphalibus videlꝫ. Et quid prodest ostẽdere curios id ẽ
maiores suos de gente curiorũ:iam dimidios id est ꝓ dimidio sui dirutos et vetustate exesos:
⁊ nasum minorẽ.i.vento ⁊ pluuia aut edacitate tp̃is imminutũ ⁊ attritum: Coruini scilicꝫ valerij:a
coruo agnominati: ⁊ quid prodest ostendere galbã qui neroni successerat vel potius aliquẽ ex
maioribus illius carentẽ auriculis ⁊ naso.i.cuius statua antiquissima auriculis ⁊ naso ex vetu-
state mutilata erat. Gloriosuꝫ aũt erat habere in genere suo antiq̃ssimos viros nobiles:⁊ ideo
pulchrũ erat ꝙ statue eorũ iam cõsumi ceperant ex antiquitate. Unde Horatius vt mecenatis

nobilitatē vno verbo exprimeret dicit in principio carminū. Mecenas atauis edite regibꝰ. Et Virg. li. vij. de regia pici sic dicit. Quin etiā veterū effigies ex ordine auorū Antiqua ex cedro: italusq; paterq; sabinꝰ Vitisator curuā fuās sub imagine falcē Saturnusq; senex ianiq; bifrōtis imago Vestibulo astabāt: altiq; ab origine reges Martia q̄ ob patriā pugnādo vulnera passi.

Quis fructus generis tabula iactare capaci
Famosos equitum cum dictatore magistros:
Si coram lepidis male viuitur? effigies quo
Tot bellatorum: si luditur alea pernox
Ante numantinos? si dormire incipis ortu
Luciferi: quo signa duces ⁊ castra mouebant?
Cur allobrogicis ⁊ magna gaudeat ara
Natus in herculeo fabius lare: si cupidus: si
Vanus: et euganea quātūuis mollior agna?
Si tenerum attritus catinensi pumice lumbum
Squallentes producit auos: emptorq; veneni
Frangenda miseram funestat imagine gētem?
Tota licet veteres exornent vndiq; cere
Atria: nobilitas est sola atq; vnica virtus.
Paulus: vel cossus: vel drusus moribus esto
Hos ante effigies maiorum pone tuorum.
Precedant ipsas illi te consule virgas.

¶ Generis: genus triplicem si gnificationē habz. Est genus. i. patria: origo: sanguis. Quo mō est illud. Unde genus ducis. Est itē genus sub quo multa similia ex eodē descendentia continent: vt animal genus. etiā hoc modo piscis: equus: animalia sunt: sed horū omniū genus animal. Est tertiū illud genus quo cuiuslibet rei qualitas indicat: si dicas cuiꝰ generis vestis. ⁊c. Auctor ē Victorinꝰ in rhet. Tabula capaci: dixímus ex Plinio ꝙ tabule codicibus implebantur et monumētis rerū in magistratu gestarū. Dixímus itē ꝙ expressi cera vultꝰ singulis disponebātur armarijs. ⁊c. Famosos equitū magistros. i. illustres. Pliniꝰ li. vi. epl'a ad Triariū sic. Impense petis vt causam agā pertinētem ad curā tuā pulchrā alioquin ⁊ famosam: faciam sed nō gratis. ⁊c. Apuleius li. ix. hic vxorē generosam ⁊ eximia famositate preditā mira custodela munitam domi sue ꝙ̄ cautissime cohibebat. Idem paulo inferius sic ait. atq; hac ipsa potissima famosa castitate et insignis tutele nimietate instinctꝰ atq; inflāmatꝰ. ⁊c. Libro aūt. x. sic. Tūc thessaliā etiā accesserat nobilissimas feras ⁊ famosos inde gladiatores cōparaturꝰ. Libro vero. xi. sic. At ille vir alioqn grauis ⁊ sobrie religionis obseruatione famosus. ⁊c. Patet ijs igit famosum etiā illustrē denotare contra illoꝝ opinionē q̄ tātūmō infamē significare scripserūt. Ut illud plauti. Qui etiā me miseꝝ famosum flagitijs suis. Et Salust. illō. largitionē famosam īpudētēq;. Equitū magistros: quales tribuni celerū apō reges tales ferme apō dictatores magistri eqtū. fuere nā eis sūma ptās i eqtes erat Dictatoribꝰ vero qbꝰ semp addebātur sūma ptās ⁊ ius in populū Vegetius aūt lib. ij. ca. ix. sic ait. Sed legati imꝑatoribꝰ ex cōsulibꝰ ad exercitꝰ mittebātur quibꝰ legiones ⁊ auxilia vniuersa obtēperabāt in ordinatione pacis vel necessitate belloꝝ in quorū loco nūc illustres viros constat magistros militū substitutos a quibus nō tm̄ bine legiones sed etiā plures numero gubernabantur: hec ille. Ubi etiā aduertēdū ꝙ sicuti Juuenalis ait famosos magistros equitū ita vegetius illustres viros magistros militū dixit. Si corā lepidis. Caper sic ait Corā illo dicendū est nō palā illo: nā palā ad multos refertur: hec Caper. Priscianꝰ aūt li. xiiij sic scribit. sed Coram magis ad personas palā ad omnia accipitur. priscianꝰ igit lōge meliꝰ ꝙ̄ caper inqt: qō quidē Juuenalis sic ostendit. ⁊ sat. xi. dicens. Et corā dominis cōsumitur. itē Corā alijs Horatius satyra quarta. Corāve quibuslibet. Seneca epistola. xi Coraꝫ pluribus erubuit. Lepidis: probis viris: qualis fuit Emiliꝰ lepidꝰ: q̄ puer etiā ꝑgressus in aciē hostē interemit ciuem seruauit qua de re ei in capitolio statua bullata ⁊ incincta pretexta senatus cōsulto posita fuit. Auctor est Valeriꝰ li. iij. de indole capite pmo. Dixímꝰ ⁊ alia de eodē in sat. vi. ibi. s. Dicite vos neptes lepidi. Ut li. xlvij. Epitomatis Liuij legit. M. emiliꝰ lepidꝰ pōtifex maximꝰ fuit: fuit ⁊ pnceps senatꝰ lectus.

Man/ Genus

Coram Palam

Si coram lepidis.i.coram statuis proborum virũ:qualis fuit lepidus.Quo ad q̃d. Si ludit alea
pnox:sensus est q̃d tibi prosunt maiorum imagines si nocte tota ludit alea? Vel si etiã econtrario
Pernox
ante solis occasum:dormire incipis:quo tpe sepe numero castra mouebãt duces. Pernox nocte
tota vigil. Ante numãtinos ortus luciferi.i.ante solis occasum: posuit em̃ luciferum pro he
Lucifer phos
spero:pꝑterea numãtinos addidit ortus:vt hesperũ designaret. Nam stella veneris.phosphoros
phoros
ros grece lucifer latine dr̃.quũ antegreditur solẽ.quum subsequit aũt hesperos:qd Cicero in li
bro de.n.d.ita docuit.& Pli.lib.ij.c.viij.de venere sic ait. Preueniẽs quippe & ante matutinum
Vesper
exoriens luciferi nomẽ accipit:vt sol alter:Contra ab occasu refulgẽs nuncupat Vesper proro
gans lucẽ vicem ve Joui reddens. Numãtinos ortus.i.hispanos:nam vt scribit Mela vrbium
Numantia
de Mediterraneis in Terraconensi hispania clarissime fuerũt. Pallãtia & Numãtia.vtq̃ Pto
lemeus scribit li.ij. Occidentale latus Terraconẽsis ab occiduo alluitur oceano.Cũ itaq̃ ad oc
cidentẽ esset Numãtia:hesperi ortus numãtinos poeta appellauit.De numãtia aũt plurima di
ximus in Hora.lib.ij.ode vero.xij.Quo signa duces & castra mouebãt.q sub occasum solis se
Ciceronis
pe id fieret pluribus in locis & passim legitur. Presertim libro.xv.eplãrum Ciceronis.ea q̃dẽ epi
Imperato
stola:que incipit. Sũma tua auctoritas fecit. Ubi cicero impator.M.Catoni scribẽs inter plu
ris astutia
rima sic ait.Quũq̃ me discedere ab eo mõte.s.Amano:simulassem & alias partes Cilicie petere
abessemq̃ ab amano iter vnius diei & castra apud epiphaneã fecissem ad.iiij.idus octobris quũ
q̃ aduesperasceret expedito exercitu ita noctu iter feci.vt ad.iij.idus octobris quum lucesce
ret in amanũ ascenderẽ distributisq̃ cohortibus & auxilijs &c.plerosq̃ nec opinãtis oppressimus
Crassus
q̃ occisi captiq̃ sũt &c.Et frontinus li.i.Strategematon capite vero q̃nto sic ait.Cneus fonteius
Fonteius
crassus in hispania cũ tribus milibus hoim pdatum pfectus:ad hasdrubalẽ & ad primos tm̃ ordi
Jugurtha
nes relato cõsiliõ.Incipiente nocte quo tpe minime expectabat p hostium stationes prorupit.
Idem frontinus lib.ij.c.i.sic inquit.Jugurthã aũt cõstat memorem virtutis romanorum.semp i
clinato die cõmittere plia solitum:vt si fugarent sui oportunã noctẽ haberẽt ad delitescendum.
Hmõi aũt exẽpla innumera sunt.Quapropter ante Numãtinos ortus luciferi.i.anteq̃ hesperus
oriatur exponẽdũ est:vt ante etiã diximus.Quicũq̃ igitur hoc pacto nõ intelligeret maximo esse
in errore quis dubitet.Cur allobrogicis:oñdit hic vitiosos maiorũ laudibus gestis:& imagini
bus gaudere minime posse:nec vllo pacto nobiles esse.qm̃ sola virtus nobiles efficit. Allobrogicis
i.titulis suorum maiorũ.sunt aũt allobroges in gallia vt patuit sat.vij.Valerius aũt lib.vi.De mu
Fabius allo
tatione morum scribit.q Fabius maximus gallica victoria cognomẽ allobrogi sibimet ac posteris pe
brogus
perit.Cuius adolescentia fuerat valde infamis:sed nihil eodẽ sene ornatius aut speciosus illo se
culo romana ciuitas habuit. Sed tertio li.c.v.scribit q pdicti.Q.Fabij maximi allobrogi filius
Q.Fabius maximus iam pditam luxuria vitam egit.q ei.Q.Põpeius ptor vrbanus paternis
bonis interdixit.ergo quẽ nimia pris indulgẽtia heredem reliquerat publica seueritas exhere
Herculis ara
dauit. Magna ara.suo numi hercules instituit arã:que maxima apud põtifices habebat.quum
Nicostrtaa
sit ex Nicostrata euãdri matre.que ab vaticinio carmẽtis dicta est imortalem cõperisset. auctor
est Solinus.pterea Macro.li.iij.sat.scribit.Rome Victoris Herculis aras duas fuisse. Unã
ad portã tergeminã.alterã in foro Boario.Victor aũt Hercules dictus est q omne aialium ge
Fabia gens
nus vicerit.hinc Maro.lib.viij.ait.hec inquit limina victor alcides subijt.Herculeo lare. Her
culea domo.Quid.li.ij.fast.Fabie gentis auctorem Herculẽ ostendit his vsibus.Ut tamẽ her
Euganei
culee supessent semina gentis.Credibile est ipsos cõsuluisse deos. Euganea agna.Plinius
Verana
lib.iij.c.xx.scribit Euganeorum oppidum eẽ Veronã.que quidẽ vrbs distat a patauio Milibus
Eugenia
passuum.l.Capite vero sequẽti de gẽtibus alpinis scribit idẽ:q Euganee gẽtis oppida.xxxiiij.
Euganei
Cato enumerabat.Et paulo inferius ait.Graiarum alpium incolas prestantesq̃ genere euga
Lanarum
neos inde tracto nomine:q eugenia nobilitas dicit:eugenes generosus.Liuius aũt in princi
Nobilitas
pio ait:q euganei inter mare alpesq̃ incolebant:quo tpe antenor in intimum maris adriatici
Altinates
sinum:venit.Euganea.agna:ad oues altinates respexit.que mollicie lane laudãtur.Columella
oues
em̃ lib.viij.sic de ouibus emendis.Generis eximij calabras appulasq̃ milites nostri existima
Altinũ opi.
bãt:earumq̃ optimas tarentinas:Nunc gallice preciosiores habẽtur earumq̃ precipue altina
tes.vt autem Strabo lib.v.ait Altinũ in palude positum est.similẽ rhauenne situm habẽs.Pli
Lumbi
nius etiã Altinũ in Venetia ponit.Et strabo lib.v.Patauinos pãnos laudauit.Martia.quoq̃
Catina
ait li.xiiij.Velleribus primis Appulia prima secundis.Nobilis.altinũ tertia laudat ouis.Tene
Etna
rum.i.lasciuum:in lumbis em̃ libidinis est sedes:Hinc ait psius.Quum carmina lumbũ intrãt.
Attritus.attritũ habens corpus & membra. Catinensi pumice.i.etneo.etna em̃ mons iminet.

Catine oppido ab ipa distans stadijs.lxxx.ab etne aūt Crateribꝰ petre liquefacte cū riuis igneis in agrū catinensiū deferebātur:qđ Strabo.li.vi.edocet. Et Pli.li.xxxvi.scribit:ꝙ ij pumices q̄ sunt in vsu corpoꝝ leuigandoꝝ feminis iaȝ quidē ꝛ viris:atq̧ vt ait catullus liberis laudatissimi sunt in Melo.ꝛ eolijs insulis. Squalētes auos:auoꝝ imagines squalidas:sic eñ sunt natura ipa.Producat ita legit in antiquissimo textu.Producat.i.palā ducat.atq̧ ondit glorie cā. Imagine.sue.s.stature.Funestat inqnat.Ueteres cere.ceree imagines veteres.De qbꝰ superius in hac satyra dictū est. Uirtꝰ de hac latiꝰ dictū est in pncipio boꝝ cōmentarioꝝ.et Cice.li. ix.eplarū Dolobelle scribēs ait: Nihil est eñ mihi crede ṽtute formosiꝰ:nihil pulchrius: nihil amabiliꝰ.Et in li.de.n.d.sic.ppt ṽtutē eñ iure laudamur:ꝛ in ṽtute iure gloriamur. Hinc etiaȝ in oratione pro.L.cornelio idē de carthaginēsibus ait ita.Undiq̧ fortiores viros asciuerūt:et boim ignobiliū virtutē psepe nobilitatis inertie ptulerūt.Libro ṽo scđo of.de virtute ait.Uirtus ois in tribꝰ rebꝰ fere vertit.Quartū vna est in .pspiciendo qđ in quaq̧ re veruȝ sincerūq̧ sit altera cohibere motꝰ animi turbatos appetitionesq̧ obediētes efficere rōni:Tertia his quibꝰ ɔgregamur:vti moderate ꝛ sciēter. Diximus et plura in sat.i.ibi.s.Ut colitur pax atq̧ fides victoria virtus.Idem Cice.li.ij.rhe.ait.Uirtꝰ est aī habitꝰ:nature mō atq̧ rōni ɔsentaneus. habitus ṽo:vt idē scribit lib.i.rhe.Est animi ꝛ corpis cōstans ꝛ absoluta aliqua in re pfectio.Paulus:pauli similis:ꝛ sic cossi aut Drusi:ij eñ virtute pditi fuerūt.Cōsulit itaq̧:vt virtutē assequatur.Mos.s.mores .pbos.vnde Pliniꝰ li.v.eplaruȝ ait.Inuenio aūt apud sapiētis:honestissimū esse maiorū vestigia sequi si modo recto itinere .pcesserint.Illi.mores videlicet. Te cōsule virgas.Duodecim erāt lictores.i.ministri q̄ cuȝ fascibꝰ virgarū securim cuiq̧ consulū preferebāt. Atq̧ cōsuluȝ insignia erāt duodecim fasces:ita ptoꝝ ac presidū sex tantū. Lictor autē ab ligando dictus:ꝙ quū magistratꝰ populi romani virgis quēpiā ṽberari iussissent.crura eiꝰ.ꝛ manꝰ ligari vinciriq̧ a viatore solita sint.Isq̧ q̄ ex collegio viatoꝝ officiū ligādi haberet.lictor sit appellatꝰ.ita Ualgiꝰ dixit.De lictore vt refert Gelliꝰ li.xi.c.iij.Plutarchꝰ aūt in .pblematis sic ait. Quid est:ꝙ ptoꝝ virge securibꝰ alligate pferūtur: an signū est:nō oportere magistratus iracūdiā prōptā ac dissolutā esse.an virgarū dissolutio mora ꝛ tarditate irā frāgit ꝛ impetū moderatur.Sed malitia qm̄ ptim medicabilis est:ptiȝ curari nō pōt.Uirge qđ mutari pōt corrigunt Secures aūt qđ emendari non potest abscindūt.Hec ille.Uirge tñ ille magistratuū.ex betula arbore fiebant.que eximio est candore:ꝛ tenuitate:vt scribit Plinius.

Pumices
Uirtus
Habitus
Lictores
Lictor
Secures
Uirge lictorū

¶ Quis fructus generis tabula ꝛc.Eandē rē cōtinuat: vt tamē scias lector quid per tabulā significet leges per mancinellū ex Plinio recitata:q̄ si legisti quidē sed nō intellexisti: hoc tibi volūt.Ueteres romani vt ad maiorū vestigia quotidie cohortarent:,pposuerāt oculis suis illorū insignia hoc modo:in atrijs quas galli salas vocāt erāt q̄dā armaria.i.variarū rerū repositoria seu locatoria(cogor fere barbarus esse vt intelligar)in q̄bus disponebant vultus egregioꝝ viroꝝ sue cuiusq̧ familie expressi cera:qui dū quis mortuꝰ erat circū funꝰ ponebant: vt tota familia.i.oēs q̄ de domo illa vnq̄ egregij prodierāt cōspicerent:iuxta aūt armaria in parietibus erant stēmata.i.ramusculi ab radice primi nobilis in illa domo discurrentes ad imagines oīm nobiliū ab illo descendentiū illic pictoꝝ:ad quas imagines erāt tabule formate in formā tabularū ceratarū in quibus infantuli scribere discūt vbi cartharū abundantia nō est:ee aūt tabule erāt capaces ita ꝙ codices.i.vt vulgus vocat rotulas continerēt ꝛ monumenta.i.scripta ad eternā memoriā eoꝝ que ij quorū erāt in magistratu gesserāt.in ianuis aūt ꝛ circū valuas erāt imagines ingentiū aīorū qui aliqua bella egregia gesserāt:et spolia exuuiasq̧ hostiū retulerāt que q̄dē spolia affigebant limitibꝰ ꝛ fornicibus ac valuis eo pacto vt ne alieno q̄dē dn̄o qui eas edes emerit ea deponere liceat .de quibus spolijs dicit Uerg.cōtinue ad ea que in superiore pticula recitauimus sic Multaq̧ preterea sacris in postibꝰ arma Captiui pendēt currus curueq̧ secures Et criste capitū:ꝛ portarū igētia claustra spiculaq̧ clypeiq̧ ereptaq̧ rostra carinis ꝛc. Ordo textus nostri est.Quis fructus.i.que vtilitas sup. est iactare.i.ad iactantiā ostētare in tabula capaci.i.valde ampla largā scripturā capiēte:famosos.i.gloriosos ꝛ maxime fame:et hoc q̄dem hic in bonaȝ partem.magistros equitū quos capitaneos vulgus vocat:cum dictatore qui summus erat magistratus nō ordinarie sed pro tempore creatus:qui nō vt cōsul cum patribus quid faciendū esset cōsultabat:sed dictabat.i.ex sentētia sua pronunciabat quicq̄d volebat: nec erat ius ab eo prouocandi .Quis fructus inquaȝ est ostentare maiores summos magistratus gessisse:si male viuitur ab ostentātibus scȝ:corā lepidis id est illic vbi imagines lepidorū id est optimorū virorū quales lepidi fuerunt depicte erant;q.d.nullus.et quo.i.ad quid valet iactare

Ascen.

tot effigies bellatorū:martia qui ob patriā pugnando vulnera passi: si alea.i.ludus alearū pernox.i.totā noctē durans:luditur.i.exercet̄ ante numātinos.i.victores numātie ciuitatis hispanie:quā scipio expugnauit ꝗ ob id numantinus dictus est. Et si talis ostentator ⁊ aleator postꝙ̄ totā noctē fere lusisti.incipis dormire ortu luciferi.i.oriente lucifero: quo oriente vel in cuius ortu duces romani mouebant signa.i.vexilla et castra:hec est vera lectio quā Calderinus vir nimirū argutissimus et optime de litteris meritus:licet aliquādo dormitasse notet̄ nobis approbat.quapropter miror cur Mancinellus ab eo discesserit. Tametsi eñ nō oīno dissona sunt que adducit:verisimilior tñ est calderini sentētia. Verū quidē est ꝙ lucifer dictus sit phosphoros grece:⁊ ꝙ numātia ciuitas hispanie sit:adde si vis ꝙ etiā hesperus lucifer quodāmodo dici potest:nō solū q: idē est astrum:verum etiā q: vtroqꝫ tpe lucem fert:sed matutino affert. vesptino aufert. Unde ferre licet raro pro auferre ponit̄.vt ī bucolico. Oia fert etas animū qꝫ ⁊c.⁊ ita si luciferū dicere voluisset ꝙ lucē auferret:nihil tñ ꝓcederet:q: sensus nō ē ꝙ incipiat aleator dormire vbi totā noctē luserit vesperi sed summo mane sub lucē. Preterea quales ortus mihi pones in hesperia hoc est occidente? quō luciferum vespi orientē dices cuꝫ iam vicinꝰ occasui sit? Adhoc ꝗs luciferū vnꝙ̄ dixit ꝙ lucē auferat licet ferre ꝓ auferre ꝑ apheresim dicat̄:sꝫ hoc purgant si nō potiꝰ inuertūt dicētes luciferū ꝓ hespero poni:fateor quidē quosdā ṗmo eneid. Reuocato sanguine teucri:teucrū pro dardano putare poni:sed si mihi eēt hic de ea re disputandi locꝰ dicerē:nec illic teucrū pro dardano:nec alibi philomelā pro progne nec alia ꝓ alijs vt dicūtur poni:sed pro se.nā vult sanguinē teucri reuocari.i.aboleri vt et creta oriūdū:⁊ dardani genus et italia oriundū exaltari. Reuocamꝰ eñ florentes dū eos ad abolitionē vocamꝰ. Sed ad institutū nostrum:licet aliqui duces romani ceperint castra mouere cum hesperi occasu qñ scilicet aut opportunitas aut necessitas interueniēs cōsuluit:tñ aduētante luce cōsuetius est ea moueri. Preterea ꝗs neget vitupabilius eē cū lucifero oriente ꝙ̄ cū hespero occidente incipe dormire? Nō est ergo opus accipe luciferū pro hespero:⁊ ortū pro occasu cū in ꝓpria significatiōe verior sit sentētia. Cur fabius.i.aliquis fabiorū natus in lare herculeo id est in familia que herculē se auctoreꝫ habere profitetur gaudeat allobrogicis sup.titulis ⁊ appellationibus quas fabius emēdatis et quo allobrogas viderat moribus assumpsit:se allobrogū appellans:quas filius eius ob turpes mores merito amiserat:⁊ cur gaudeat magna ara herculis id est pōtificatu ad magnam arā herculis:vel gloria que ex eo fabiorū familie oriebatur ꝙ ab eo scꝫ hercule genus ducerent cuiꝰ maxima rome ara venerabatur:cur inquā gaudeat talibus:si ipe existēs cupidus id est auarus:si vanus.i.mendax et sine fidei cōstantia:et mollior quantūvis agna euganea id est oue altina qua nihil imbellius:cū hercule nil fuerit bellicosius:et si attritus lumbum tenerum id est mollē et delicatum ac libidinosum id est habēs eum attritum:est enim greca figura: pumice id est lapide cauernoso quo membrane ⁊ cutes leuigantur et poliuntur:cathinēsi id est ethneo id est qualē ethna mons sicilie sepe euomit:moris est epitheta rebus dare a locis in quibus plurime ⁊ optime sunt:vt hiblee apes:tyria purpura:indici vniones ⁊c.producat id ē porro ducat et exponat oculis mortaliū ad ostentationē auos id est imagines auorū squalētes id est situ ⁊ squalore victas:quia vt prius dixi que quisqꝫ amat ea potissimū colit:quia ergo talis non vult imitari mores maiorum suorū derelinqut imagines eorū squalidas:et si ipse emptor veneni:quo suos necet:funestat id est incestat et quasi funere cōtaminat:imagine sup.sua:frangēda id est dirumpenda et non cum alijs ponenda:et ita quasi mortua inter viuentes vnde quodam modo quasi presenti semper cadauere funestam facit:miseram gentē id est progeniem suam dignam miseratione cū ei imputandū non sit si malos habeat nepotes quibus optimis moribus egregie preluxerit. Miserū fere in bonam partem accipimus:nec de malo miserum dicimus. Licet igitur id est quāuis veteres cere id ē antiquissime imagines ex cera in armarijs vt dixit Plinius disposite:exornēt tota atria:tamē sup.sola atqꝫ vnica virtus est nobilitas:vel nobilitas est sola atqꝫ vnica virtus.i.nihil dici potest vera nobilitas:nisi ipsa virtus. Et ideo esto moribus id est similitudine morū paulus vel cossus vel drusus.i.similis optimoꝝ virorum cuiusmodi illi fuerūt:⁊ pone hos mores tuos bonos ꝗbus alicuius illoꝝ similis es: ante effigies maioꝝ tuorum.i.reputa te potius nobilē:q: tales mores habes:ꝙ̄ q: tales pentes ⁊ maiores. Illi scꝫ boni mores ꝓcedant.i.ꝓferant̄ ꝗ̄tum ad hoc quod est effici nobilem ipsas virgas.i.fasces virgarum quos lictores ferebant:te sup.existente cōsule.i.nō te tam reputabis nobilē ꝙ generosos habeas parentes aut amplos gessisti honores seu magistratus:ꝙ̄ ꝙ spectatos obtineas laudatissimi cuiusqꝫ mores:vt in sequentibus prosequitur dicens.

Prima mihi debes animi bona:sanctus haberi
Justicieq; tenax factis dictisq; mereris.
Agnosco procerem:salue getulice:seu tu
Syllanus quocunq; alio de sanguine rarus
Ciuis ⁊ egregius patrie contingis ouanti
Exclamare libet populus quod clamat osiri.
Inuento: quis enim generosum dixerit hunc:qui
Indignus genere est:preclaro nomine tantum
Insignis?nanum cuiusdam atlanta vocamus
Ethyopem cignū:paruā extortamq; puellam
Europen:canibus pigris scabieq; vetusta
Leuibus ⁊ sicce lambentibus ora lucerne
Nomen erit tigris pardus:leo si quid adhuc est
Quod fremit in terris violentius.ergo cauebis
Et metues ne tu sis creticus aut camerinus
His ego quē monui?Tecū est mihi sermo rubelli
Plance:tumes alto drusorum sanguine:tanq̄
Feceris ipse aliquid propter quod nobilis esses
Ut te conciperet que sanguine fulget iuli:
Non que ventoso conducta sub aggere texit.
Uos humiles inquis vulgi pars vltima nostri
Quorum nemo queat patriam mōstrare parētis
Ast ego cecropides:viuas ⁊ originis huius
Gaudia longa feras:tamen ima plebe quiritem
Facundum inuenies:solet hic defendere causas
Nobilis indocti:veniet de plebe togata
Qui iuris nodos:⁊ legum enigmata soluat.
Hic petit euphraten iuuenis domitiq; bataui
Custodes aquilas armis industrius.at tu
Nil nisi cecropides:trūcoq; simillimus herme
Nullo quippe alio vincis discrimine:q̄ q̄
Illi marmoreum caput est:tua viuit imago.

¶Prima ꝓ primū. Animi bona:prudētiā:iusticiā:fortitudinē tēperantiā:alia em̄ sūt corporis bona:vt velocitas:vires: dignitas valitudo.alia sūt rerū externarū.q̄ quidē casu:aut fortūa accidere pn̄t:vt gen⁹ edificatio: diuitie ptātes:glia:ciuitas amicitie.⁊ q̄ hmōi sūt. Sanct⁹ haberi ordo ē.Mereris sup.si tibi erūt aī bona factis ⁊ dict; haberi sanctus. Justicieq; tenax.⁊c.Phs lib.v.ethi.ait:q; ꝓuerbio dicere cōsueuim⁹.Justicia in se v̄tutes ꝯtinet oēs.⁊ Cice.li.ij.of.sic fundamentū em̄ ꝑpetue cōmendationis ⁊ fame est iusticia sine qua nihil pōt eē laudabile:⁊ li.ij.rhe. ita scribit.Justicia est hitus animi.cōi vtilitate cōseruata suam cuiq; tribuēs dignitatē.ei⁹ initium est a natura ꝑfectū. Factis dictisq;.Phs lib.iiij.eth.inquit. Qualis est vnusquisq;:talia tā dicit q̄ agit. Agnosco ꝓcerē.sensus ē q; poeta vidēs nobilē virū ⁊ ciuē aliquē egregium exclamabit leticie cā.vti egyptij faciebāt inuēto api boue luctū deponentes.Si tn̄ viderit degenerē aliquē.generosū nullo pacto appellabit.Procerē.i.virū egregiū ꝓceres em̄ p̄ncipes ciuitatis dicūtur.qꝛ eminēt in ea.sicut in edificijs mutili q̄dā.hoc ē capita trabiuz.q̄ ꝓceres noiant̄.Getulice tanq̄ getulos vicerit Getulicū appellauit ꝓcerez illū. Syllan⁹. is q̄dē nobilis fuit.Suetoni⁹ em̄ in claudio ait.Triūphalia ornamēta Syllano filie sue spōso nōdū puberi d̄dit.ide subdit Octauiā Neroni p̄uigno dedisse ante Syllano despōsatam.De supplesen.O syri inuēto.i.api boue q̄ in egypto numinis vice colebatur: tanq̄ osiris:sic em̄ iusserat isis osiridis vxor agēdū.q̄rebat̄ aūt ab ijs āno q̄ cū luctu iuuētū v̄o populus mira applaudēs leticia magna cū voce salutabat.Eundē q; ꝑ vrbē incedētē grex puerorū cōitabat̄ carmē honori eius canētiū:de q̄b⁹ oīb⁹ late dictū est in sat.vi.ibi.s.Cū grege caluo p.p.c.d.Anubis.Cur apis bos colerer̄ videatur i sat.xv.Generosū.Quis ē gn̄osus iquit Seneca epl'a.liiij.Ad v̄tutem bn̄ ab na,

Man.
Justicia
Proceres
Gener.

tura cõposítꝰ. Fabius itẽ li.v. Qui generosissimus: nõne qui optimꝰ: nõ qui celebritate nascẽdi sed q̃ virtute maxime excellit. Indignꝰ gñe: scꝫ est. Philosophꝰ pticula octaua pblematũ querit

Omnibus in terris. In hac satyra dānatis stultorū votis qui nocitura petūt docet tandē qd petendū qdue optandū sit. Ordo est: Pauci sup. homies existētes in omnibus terris que sūt a gadibus.i. ab occidēte: vsqꝫ ad aurorā ⁊ gangē.i. vsqꝫ ad orientē: possunt dignoscere.i. internoscere vera bona: q nocere. s. nō possunt atqꝫ bona diuersa.i. differentia multū illis.i. ab illis veris bonis hoc ē bona apparentia q tū qr mala multis sunt nocēt: Valla dicit diuersa illis.i. sūma mala: et ita nō esset subaudiendū bona: sꝫ diuersa.i. res diuersas ab illis veris bonis.i. sūma mala. sed nō placet: qr melior est cōtextꝰ (vt dixi) et multo vberior imo verior sentētia: qr nō pauci internoscūt vera bona et sūma mala: sꝫ vera bona ⁊ apparētia ⁊ ita decipiunt̄. Pauci ergo psūt dignoscere vera bona et bona illis multū diuersa: ⁊ hoc nebula erroris remota. nebula aūt erroris est mala affectatio: qr vt dicit Hora. male verū exaīat oīs corruptꝰ iudex. qd enī timemꝰ aut cupimꝰ ratiōe? q. d. nihil. Quid cōcipis: i. inceptas aut oīo capessis: aut cōcupis: pede.i. auspicio aut inceptu tā dextro.i. ꝓspero: vt te nō peniteat conatꝰ et voti peracti.i. obtēti et cōpleti? q. d. nihil. Dij faciles id est ad faciendū quod petis parati: euertere.i. funditus destruxerunt totas domos ipsis optātibus.i. ꝓpter optatus seu optationes eorꝝ: vel ipis domibꝰ optantibus sup. id ꝓpter qd euerse sunt. nocitura.i. res nociture petunt̄ toga.i. in pace: ⁊ nocitura petunt̄ militia.i. in militia: aut per bellū: et copia dicēdi torrēs.i. i morē torrētis fluēs: et multis sua.i. propria facūdia est mortifera: vt ciceroni. Ille.i. alius vt milo periit cōfisus viribus suis: et lacertis.i. brachijs admirandis. Neqꝫ ergo facundia: neqꝫ vires corporis que bona nature sunt: vera sunt bona.

¶ Pecunia: Seneca itē epistola quinta ait. Multa bona nostra nobis nocent. Philosophus quoq; lib.i.ethi.sic. Cōplura bonis accidūt detrimēta: iā eīm quidā ob diuitias: quidā ob fortitudinē: periere. Et Cicero lib.i.rhet. Maximū malū est auaritia: multos eīm magnis incōmodis affecit pecunie cupiditas. Apuleius itē in orōne prima sic. Et immodice diuitie velut ingentia ⁊ enormia gubernacula facilius mergūt: q̄ regūt. Delphinis: Delphini adolescūt celeriter decē annis p utātur ad summā magnitudinē venire: viuūt ⁊ tricenis: nutriūt huberibus sicut Balena.

Bona nocēt
Pecunia obē
Diuitie magne
Delphini
Balena

Sed plures nimia congesta pecunia cura
Strāgulat: ⁊ cūcta exuperās patrimonia census
Quanto delphinis balena britanica maior.
Temporibus diris igitur iussuq; neronis
Longinū ⁊ magnos senece prediuitis hortos
Clausit: et egregias lateranorum obsidet edes
Tota cohors: rarus venit in cenacula miles.
Pauca licet portes argenti vascula puri:
Nocte iter ingressus gladium contūq; timebis
Et mote ad lunam trepidabis arundinis vmbrā:
Cantabit vacuus coram latrone viator.
Prima fere vota: ⁊ cunctis notissima templis:
Diuitie: crescant vt opes vt maxima toto
Nostra sit arca foro. sed nulla aconita bibuntur
Fictilibus: tunc illa time quum pocula sumes
Gemmata: et lato setinū ardebit in auro.
Iam ne igitur laudas: q̄ de sapientibus alter
Ridebat: quotiens a limine mouerat vnum
Protulerat q; pedē: flebat contrarius alter.
Sed facilis cuiuis rigidi censura cachinni:
Mirandū est vnde ille oculis suffecerit humor
Perpetuo risu pulmonem agitare solebat
Democritus: q̄q̄ non esset vrbibus illis
Pretexta: ⁊ trabee: fasces: lectica: tribunal.

Plinius lib.ix. id scribit. Delphinus preterea oīz velocissim⁹ esse credit animaliū: tū aquatiliū tum terrestriū: vt scribit philosophus lib.viij. de animalib⁹. Balena britānica. Plinius libro nono scribit plurima ⁊ marina animalia esse in indico mari: ex quibus Balene quaternū iugerū. Temporibus diris: exemplo ostēdit multis obfuisse pecuniā et diuitias. Igitur: magnos ob cēsus Longinū: Nero Cassiū longinū iuris cōsultū ac luminibus orbatū: iussit interfici q in vetere gētili stēmate Cassij percussoris cesaris imagines retinuisset. Auctor est Suetonius. Meminit ⁊ Tacitus li.xvi. Senece p̄diuitis hortos. Tacit⁹ li.xiiij. vbi de nerone meminit ita scribit: Et Nero ad deteriores incliabat: ij varijs criminatiōib⁹ Senecā adoriūtur tanq̄ ingētes ⁊ priuatim sup̄ modū euectas opes adhuc augeret. q̄q; studia ciuiū i se verteret hortorū q̄z amenitate ⁊ villar magnificētia q̄si p̄ncipē supgrederetur ⁊c. postea subdit q seneca criminantiū nō ignar⁹ ita neroni inq̄t Quart⁹ decim⁹ ān⁹ ē Cesar: ex quo spei tue admot⁹ sū: Octau⁹ vt imperiū obtines. Medio tp̄is tātū honor atq; opū in me cumulasti vt nihil felicitati mee desit: nisi moderatio ei⁹ ⁊c. paulo po inferius sic. Cū opes meas vltra sustinere nō possim: p̄sidiū peto: iube eas p procuratores tuos administrari: in tuā fortunā recipi. ⁊c. li. po xv. scribit idē Tacit⁹ Senecā accepto nūcio neronis iussu de morte: sibi ictu ferri brachia exoluisse: crurū q̄z ⁊ pulpitū venas abrupisse: vtq; citi⁹ obiret venenū q̄dā hausisse frustra: nā frigore iā clausum erat corp⁹ aduersus vim veneni. postremo stagnū calide aque introijsse: eiusq; vapore exanimatū: sine vllo funeris solēni crematū fuisse. Lateranor edes. Tacit⁹ li.xv. scribit in cōiuratiōe pisoniana cōtra Nerone plautiū lateranū cōsulē designatū etiā depr̄esum fuisse. q̄ de re cū nero ad necē cōpulit adeo p̄pere: vt nō cōplecti liberos: nō illō breue mortis arbitriū p̄mitteret: rapt⁹ itaq; i locū suilib⁹ penis sepositū: manu tatij tribuni trucidat⁹ ē: plen⁹ cōstātis silētij: nec tribuno obijciēs eūdo cōsciētiā. In

Longinus
Cassius
Senece diuitie
Senece mors
Plautius lateranus

Cenacula
Conti
Pauperis securitas
Diuitie
Opes
Honores
Democritus
Heraclitus
Pretexta
Triumphātiū
Ornamentuz
Trabee
Subsellia
Selle curules
Tribunalia
Ascen.

Cenacula.i.inquilinos occidēdos:supiora eñ dom⁹ inquilinis locabant̄:q: paupes.Cenacula inquit Festus dicuntur ad que scalis ascenditur:Varro tamen scribit ꝙ vbi cenabant cenaculū vocitabant.⁊c.diximus et plura in sat.vij.Contum.conti haste longiores et robuste dicunt̄:vt scribit Nonius.Cantabit vacuus.latrones vt inquit Hieronimus in aureola.sancto hilarioni dicere: Quid faceres si latrones ad te venirent? eis respondit: Nudus latrones nō timet. At illi Occidi posses:possum inq̄t q: sum mori paratus. Fere gñaliter.Vota:scz sunt:Diuitie crescant:vt opes harū differentiā Cicero in lelio ostēdit:ait eñ ꝙ expetūt̄ Diuitie:vt vtare: Opes vt colare:honores:vt laudere ⁊c.Pocula gēmata:de ijs videto sat.v.ibi.Nā virro:vt multi trāsfert ad pocula gēmas:Setinū ardebit:setina vina cibos cōcoqui cogunt:vt scribit Pli.li.xiiij.c.iiij.diximus ⁊ plura sat.i.Alter ridebat.i.Democrit⁹:scribit eñ Hipocrates epistolā amico: vbi ait dixisse democrito:quū ille continue rideret.Quorū miserandū est rides:quib⁹ letanduz pari modo rides:quare bonum ⁊ malū apud te differūt nihil.tum ille inquit.Ista quidem ꝓbe narras:sed nostri risus nondū causam tenes.tu mei risus causas duas esse putas:bona.s.⁊ mala.Ego tantū rideo hoīem ignorantia plenū ac recte factis oīno vacuum.qui oībus suis ceptis puerascēs:supfluis ⁊ nociuis laborib⁹ se conficit:post plurima demū inquit idem hmōi angustias.quib⁹ hoīes iugiter implicāt̄:quū aspicio:risus abūde effluit:poteris ⁊ plura legere in dicta epl'a.Vixit aūt democritus ānos.cix.vt scribit laertius.Flebat cōtrarius alter.i.Heraclit⁹:his eñ teste etiā Seneca ⁊ plurib⁹ fleuisse dicit̄. Pretexta:Liuius li.x.scribit:Trūphātes toga ꝑtexta tunica palmata:⁊ toga picta ⁊ corona triumphali laureaq; honoratos:simulq; iouis optimi maximi ornatu decoratos curru aurato ꝑ vrbem vectos in capitoliū ascēdere solitos. Erat autem pretexta toga:vbi purpura pretexebatur.vt scribit.Mac.li.i.De qua latius dictum ē satyra.i.ibi ⁊ pretextatus adulter. Trabee.Trabea toga erat augurum de cocco ⁊ purpura. Alia regum ex purpura et albo:Alia dijs sacra:tantum ex purpura.Vt seruius refert.Tribunal pedianus.l.i.Verrinarum inter Subsellia.⁊ Sellas curules.ac tribunalia differentiā his verbis ostendit.Sunt enim subsellia tribunorū:triūuirum questorꝝ ⁊ huiuscemodi minora iudicia exercentiū.q̄ nō in sellis curulibus:nec tribunalib⁹:sed in subsellijs considebant.

¶Sed plures.Ostēdit diuitias q̄ bona fortune dicūtur nō esse vera bona.¶Ordo est:sed pecunia cōgesta.i.accumulata nimia cura:strangulat.i.suffocat plures.i.valde multos:vl' plures ꝙ̄ facūdia aut robur ingens.⁊ census.i.thesaurus ⁊ diuitiarū cumul⁹ exuperās:i.excedēs. tāto sup.in magnitudine cuncta patrimonia veterū.s.quāto balena britānica est sup.maior delphinis:a ntō delphinus vt prius dixi.Igit̄:cōtinuatiuū hic est:vel ordo est.Tota cohors militū scz clausit diris temporibus ⁊ iussu sup.diro:neronis igitur.i.ob ingētes diuitias:longinum cassium.s.⁊ clausit excludēdo scz dñm magnos hortos ꝑdiuitis.i.preter ceteros diuitis senece:⁊ obsidet egregias edes lateranorꝝ scz plautij laterani.miles venit rarus in cenacula.i.in domicilia pauperū q̄ sub tecto sunt.licet portes pauca vascula puri argēti.i.neq; lapillis neq; auro ornati(Hic eñ purum dicit ad extenuandū:non vt ꝓbet q: purum.i.nō viliori metallo deprauatum)ingressus iter nocte:tñ sup.timebis.i.timere debebis gladium.i.siccā ⁊ contū.i.fustē predonū.⁊ trepidabis.i.pre timore tremes ad vmbrā arundinis mote.i.moueri vise ad lunam:credes enim latronem aut raptorem adesse.Viator vacuus.i.nihil portans cātabit coram latrone Vota fere.i.quasi vbiq; prima ⁊ notissima cunctis templis sunt sup.diuitie:vt opes crescāt:vt nostra arca in qua cambiū tenemus sit maxima in toto foro:sed nulla aconita bibuntur fictilib⁹ id est ex vasis terreis:time tunc illa scilicet aconita quum.id est quando sumes pocula gemmata ⁊ quum setinum:i.illud optimum vinū lucebit.i.resplendebit in lato auro.i.lato poculo aureo.

¶Jam ne igitur:q: omnes fere mortales diuitias vt plurimū nocituras petunt:videnī̄ inquit laudandi duo phi:quorū alter īmensam hominū stultitiā semꝑ risit:alter semꝑ fleuit. Ordo est. Igitur cum tantus sit diuitiarū quibus vix quisq̄ bene vtitur appetitus:laudas ne iam ꝙ alter de sapientibus.i.philosophis duobus videlz Democritus ridebat quotiēs mouerat aut protulerat a limine domus sue vnū pedem.i.quotiens aliquid fieri extra domū suā videbat.alter scz Heraclitus cōtrarius.i.contrarie nature aut opinionis flebat:quotiens mouerat aut protulerat pedem a limine:sed censura.i.iudiciū cachini.i.risus.i.cur ridebat:aut quomodo ridere poterat est facilis:posset eñ dici ꝙ risit:q: fuit petulāti splene cachinno:sed mirandū est vnde humor suffecerit.i.vnde sumptus sit qui suffecit oculis semꝑ scz plorantibus.Democritus solebat agitare.i.frequēter cōmouere pulmonē perpetuo risu:ꝙ̄ꝙ̄ pretexta.i.vestis nobiliū quā rome turpissime viuentes portabāt:qd̄ democritus risisset potiusq̄ vestem.Non eñ vestis erat talis

aut cetera insignia magistratuū romanorū non erant talia que derideri mereātur: sed deridendi erant talibus insigniti ⁊ obscenissime viuētes: ꝙꝙ igitur pretexta non esset illis vrbibus id ē ꝙꝙ ille vrbes in quib⁹ versabatur democritus nō habebāt pretextas: ⁊ sic esset datiui casus: vel intellige in vt sit in vrbib⁹: ⁊ ꝙꝙ trabee vestes augurum ⁊ pōtificum: et fasces: et lectica et tribunal id est insignia romanoꝝ nō essent illis vrbib⁹.

Quid si vidisset pretorem in curribus altis
Extantem: ⁊ medij sublimem in puluere circi
In tunica iouis: ⁊ picte sarrana ferentem
Ex humeris aulea toge magneq; corone
Tantum orbem q̄to ceruix non sufficit vlla?
Quippe tenet sudans hanc publicus: ⁊ sibi cōsul
Ne placeat curru seruus portatur eodem
Da nunc ⁊ volucrem sceptro que surgit eburno
Illinc cornicines: hinc precedentia longi
Agminis officia: ⁊ niueos ad frena quirites:
Defossa in loculis: quos sportula fecit amicos
Tunc quoq; materiam risus inuenit in omnes
Occursus hominum: cuius prudentia monstrat
Summos posse viros ⁊ magna exepla daturos
Veruecum in patria crassoq; sub aere nasci
Ridebat curas: necnon ⁊ gaudia vulgi
Interdum ⁊ lachrymas: cū fortune ipse minaci
Mandaret laqueum: mediūq; ostenderet vnguē
Ergo supernacua: aut perniciosa petuntur
Propter que fas est genua incerare deorum.

¶ Quid si vidisset pretorē. Describitur hic pretor habitu triūphali ob victoriam ludos agens Vel ludis presidens. Describitur ⁊ consul: qui etiam p̄tor olim dicebatur. Veteres enim omnē magistratum cui pareret exercitus: pretorem appellauerunt: vt refert pedianus. Quod latius aperuimus satyra octaua: ibi scilicet. Nec dubitant celsi pretoris vendere ludis. Ubi multa hic facientia notantur. Quid sup. egisset democritus. In tunica iouis potes trabeā intelligere: q̄ ⁊ iouis ⁊ triūphantis erat ⁊ Liuius scribit: Ut diximus. ꝙ iouis optimi maximi ornatu triūphantes decorabātur. Sarrana aulea. id est purpurea ⁊ tyria. Tyrus eni Sarra quandoq; dicta est: vt homerus docet. Tyri autem nobilitas omnis cōchylio atq; purpura cōstat: vt pli. li. v. c. xx. inquit. Strabo etiā libro. xvi. ait: ꝙ apd Tyrum purpurarū piscatus hic tyria purpura optima omnium perhibetur. de Tyro autem plura diximus li. ij. georg. ibi Ut gēma bibat: et sarrano dormiat ostro. Publicus seruus. Pli. lib. xxxiij. scribit triūphāti cū Corona hetrusca ex auro subtineret a tergo: anulus tamen in digito ferreus erat equa fortūa triūphātis et serui coronā sustinentis. Sceptro eburno. Liui. li. x. secundi belli punici scribit: triūphantes ornari solitos aurea corona: scipione eburneo: extāte aq̄la in capite: toga picta: ⁊ palmata tunica. Ser. aūt eglo. x. scribit: ꝙ palmata toga vtebātur illi: q̄ palmā merebant. Illic cornicines ij enī p̄cedebāt triūphantes. vñ Plutar. in Emilij triūpho scribit ꝙ tertio die prima luce tubicines nō mite nec suaue: sed bellicū sonātes primi ibāt. Niueos ad frena quirites: albis enī vestibus induti triūphāti ministrabāt. Et vti Plutar. in Emilij triūpho scribit: pplus roman⁹ nitidis vestibus ornatus triūphū spectauit. Sportula. pecunia. i. cētū quadrātes. In loculis. i. crumenis. Inuenit. democritus. s. Crassoq; sub aere nasci. Laerti⁹ scribit: ⁊ hippocrates Democritū fuisse abderitē: siue vt alij putāt milesiū. Abdera aū thracie vrbs fuit. quā Diomedis soror cōdidit: ⁊ a se noīauit: erat aūt vrbs libera teste Pli. li. iiij. Crassoq; sub aere. Sene. etiā epi. lxviij. ait. pōt et casa vir magn⁹ exire: pōt ⁊ et deformi hūiliq; corpusculo formosus aīus ac magnus Quosdā itaq; mihi videt in hoc tales natura gn̄are: vt approbet virtutē oī loco nasci: si posset ꝑ se nudos edere aīos fecisset. Mandaret laqueū: neq; enī fortuna illi: sed ille fortune dn̄abatur. Medium vnguē. spernit enī cui fit digito ficus: tunc siquidem medius vnguis appet: Ouidi⁹

Man.
Pretor i ludis
Cōsul i ludis
Pretor
Tyrus
Sarra
Purpura tyra
Triūphantis corona ⁊ anul⁹
Triumphātis ornamenta
Triumphantium ministri
Democritus
Abdera
Viros inclytos vbiq; nasci

lib.v.fast.sic id describit. Signaq; dat digitis medio cum pollice iunctis: Occurrat tacito ne leuis vmbra sibi. Fas est: qm̃ vota cõcessere. Incerare: apponuntur eñ ceree cãdele ignite. Pli. scribit lib.xi.q genibus hominis quedã religio inest obseruatione gentiũ: hec supplices attingunt: ad hec manꝰ tendũt: hec vt aras adorant. ⁊ Virgilius lib.iij.eneid. inquit de Achemenide Et genua amplexus genibusq; volutans herebat.

Genua

Ascen.

¶ Quid si vidisset. Eandẽ rẽ cõtinuat. ¶ Ordo est. qd sup. fecisset democritꝰ si vidisset pretorẽ extantẽ.i.eminentẽ in altis curribus: in quibꝰ triũphabat: ⁊ si vidisset postea eundẽ sublimẽ in puluere medij circi: et hoc in tunica iouis qua etiã iuppiter induebat. Et ferentem ex humeris aulea sarrana.i.purpurea toge picte.s.figuris intextis: vel picte acu: et si vidisset tantũ orbem magne corone quãto orbi vlla ceruix nõ sufficit ad ferẽdũ scz. Quippe q certe publicus seruus sudãs ex ponderis illius oppressione. tenet hanc sup. coronã: ⁊ ne cõsul triũphans sup. placeat sibi.i.superbiat: seruꝰ publicꝰ portat eodẽ curru: da.i.adde vel dic nũc volucrẽ scz aqlã que surgit id est in sublimi sculpta ẽ in sceptro eburno.i.ex ebore facto. Et da illinc.i.ex illa pte cornicines et hic.i.ex hac pte officia lõgi agminis.i.officiarios lõgo agmine pcedẽtes. ⁊ da qrites.i.cliẽtes romanos niueos.i.cãdidatos euntes sup. ad frena: quos sportula.i.pecunia p sportula dare desossa.i.absconsa in loculis.i.crumena: fecit triũphanti scz amicos. ipe democritꝰ inuenit quoq; id est etiã: tũc materiã risus in oẽs occursus hoim: cuiꝰ scz democriti prudẽtia ostẽdit sũmos viros et daturos magna exẽpla posse nasci in patria veruecũ.i.vbi soliti sunt hoies rudes vt sunt verueces nasci: q; pro.i.sub aere crasso qualis est in thracia. Democritus ridebat curas nec nõ et.i.et etiã gaudia vulgi: et interdũ lachrymas scz propter res amissas. cũ ipse mãdaret.i.transmitteret fortune minaci id est sibi minitanti laqueũ quo se scz ipsa suspẽdat: et cũ ostẽderet fortune mediũ vnguẽ.i.digitũ mediũ quẽ infamẽ Persius appellat. Ergo supuacua scz diuitie et honores.i.vltra q opus sit: aut pniciosa.i.necẽ afferentia: petunt a multis pp̃ter q petita: fas est incerare.i.cereis cãdelis oblinere genua deorũ in qbus scz misericordie sedes esse putatur.

Quosdam precipitat subiecta potentia magne
Inuidie: mergit longa atq; insignis honorum
Pagina: descendunt statue: restemq; sequuntur
Ipsas deinde rotas bigarum impacta securis
Cedit: ⁊ immeritis frãguntur crura caballis
Jam stridunt ignes: iam follibus atq; caminis
Ardet odoratum populo caput: ⁊ crepat igens
Seianus: deinde ex facie toto orbe secunda
Fiunt vrceoli: pelues: sartago: patelle.

Man.

Dominum potentia

Inuidia

¶ Quosdam precipitat exemplo ostendit potentiã ⁊ honores fugiẽdos esse: nã sepe maximo sũt exitio. Potẽtia: potẽtia est ad sua pseruanda. ⁊ alteriꝰ obtinenda: idonearũ rerũ facultas: vt inquit Cice.lib.ij.rhe. Inuidie: ad id: qm̃ inuidus alteriꝰ macrescit rebus opimis. inuidia siculi nõ inuenere tyrãni Maius tormẽtum. vt inquit Horatius li.i.epistola ad lollium. ⁊ Cice.li.iiij.ad herennium: O virtutis comes inuidia: que bonos insequeris plerunq; atq; insectaris. Impacta: impulsa. Follibꝰ: vulgo mãticis. Caminis fornacibꝰ. Seianus. Elium seianũ tiberius ad summã potentiã puexerat: nõ tam beniuolentia: q vt esset cuius ministerio ac fraudibꝰ liberos germanici circũueniret. Nepotẽq; suũ ex druso filiũ naturalem ad successionẽ imperij cõfirmaret. Eius seiani Natale publice colebat: ⁊ imagines aureas passim habebat: vix tandẽ astu magis ad dolo q principali auctoritate subuertit tiberius ipm. Auctor est Tranqllus. Facie: ipiꝰ.s.statue seiani. Toto orbe scda: hoc ait: qm̃ vt scribit: tiberius seianum collegã sibi assumpsit: in qnto cõsulatu. Erat item secũdus ab impatore ad summã sibi potentiã ab illo traditã. Dion q; multa de seiani honore apud tyberium narrat.

Seianus

Nepotes

Ascen.

¶ Quosdã precipitat. Ostendit potentiã magistratꝰ nõ esse vera bona. Ordo est. Potentia subiecta magne inuidie pcipitat.i.ad precipitiũ impellit quosdã. Longa atq; insignis pagina id est cõpacta inscriptio honorũ: mergit.i.detrudit quosdã. statue priꝰ erecte in gloriã descendũt dũ deijciũtur: ⁊ sequunt restẽ p quã in terrã trahunt: deinde ipa securis ipacta.i.ipulsa cedit ipas rotas bigarũ in qbus.s.stabãt statue: ⁊ crura frãgũtur caballis.i.equorũ statuis emeritis.i.qui nihil cõmeruerũt pp̃ter qd frãgi debeant. Jam.i.paulopost stridũt ignes quibꝰ fun

dunt statue & iã caput adoratũ populo.i.ꝑus a multis honoratum inclinatione capitis aut alio gestu corporis follibus atq; caminis.i.fornacibus.& ingens seianus.i.magna statua eius seiani: crepat.i.cũ crepitu resoluit in fornace:deinde.i.post fusionẽ vrceoli:pelues:sartago & patelle.i. parua & vilia vascula fiunt ex facie secũda:in dignitate sc; toto orbe.i.inter oẽs existẽtes in orbe.

Pone domi lauros:duc in capitolia magnum
Cretatumq; bouem:seianus ducitur vnco
Spectandus.gaudẽt omnes:que labra? quis illi
Vultus erat?nunq̃ siquid mihi credis amaui
Hũc hoĩem.sed quo cecidit sub crimine:quisnam
Delator:quibus indicijs quo teste probauit
Nil horum:verbosa & grandis epistola venit
A capreis.bene h;:nil plus interrogo:sed quid
Turba tremẽs:sequitur fortunã vt semper & odit
Damnatos:idem populus si nortia thusco
Fauisset:si oppressa foret secura senectus
Principis:hac ipsa seianum diceret hora
Augustum:iampridem ex quo suffragia nulli
Vendimus:effugit curas:nam qui dabat olim
Imperium fasces:legiones:omnia nunc se
Continet atq; duas tantum res anxius optat
Panum & circenses.perituros audio multos:
Nil dubiũm:magna est fornacula:pallidulus mi
Brutidius meus ad martis fuit obuius aram:
Quam timeo victus ne penas exigat aiax:
Vt male defensus:curramus precipites:&
Dum iacet in ripa calcemus cesaris hostem
Sed videant serui:ne quis neget:& pauidũ in ius
Ceruice astricta dominum trahat:hi sermones
Tunc de seiano secreta hec murmura vulgi.
Vis ne salutari sicut seianus:habere
Tantundem:atq; illi sellas donare curules
Illum exercitibus preponere:tutor haberi
Principis angusta caprearum in rupe sedentis
Cum grege caldeo:vis certe pila cohortis.

¶ Pone domi lauros. In leticie sc; argumentum:sunt autem populi verba seiano illudentis. Cretatum candidum. Gaudent omnes:hoc ait.quia tyberius seiani familiares atq; etiã notos ꝑsequebatur.post cuius interitum vel seuissim⁹ extitit.Cõmentario quem de vita sua sũmatim breuiterq; composuit tyberius: ausus est scribere.inquit Suetonius:seianum se punisse:q̄ cõperisset furem aduersus germanici liberos filij sui. Nunq̃ amaui hũc hoĩem. Ita dicebant ne seiani amici viderentur sicq; ab iperatore occiderẽt. Nihil horꝝ sup. fuit. Epistola venit a capreis:tiberius enim a Capreis senatui scripserat:s; lecta epistola statiz tribuni et milites circunsterunt seianum:victũq;: ac mox per senatũ condẽnatum in gemonias scalas deiecere:vncoq; distraxerũt.vt scribit Dion. Capreis. Caprearum duo antiquitus fuerãt oppidula. Nunc vero vnũ inquit strabo li.v.qd Neapolitani occupauere. August⁹ cesar magnificẽtissimis ibi struct; edificijs peculiare sibi fecit receptaculũ. Et suetoni⁹ scribit q̄ locus Capreis oñditur.vñ damnatos ꝑ longa & exq̃sita tormẽta ꝑcipitari coram se in mari iubebat tyberi⁹:excipiente classiariorꝫ manu:& cõtis atq; remis elidẽte cadauera:necubi residui spũs quicq̃ inesset. Sed qd:cur:iterrogatio ẽ poete. Tremẽs.s.ẽ in antiquo textu legi fremẽs. Turba amicorꝫ videl; seiani Fortunã felicitatẽ. Ouid.q̃ i tristibus inq̃t. Dum fueris felix multos numerabis amicos. Tẽpora si fuerint nubila solus eris. Et iustinius lib.v.sic. Principio belli omĩs ab ijs.etiã socij desciuerãt vt fit. Nã q̃ se fortũe:eodẽ etiã fauor hoĩm se iclinat. et Cesar li.iij.de bel.ciuili sic.plerumq;

Egregios equites.et castra domestica.quidni
Hec cupias.⁊ qui nolunt occidere quēq̄
Posse volunt:sed que preclara⁊ prospera tantū
Ut rebus letis par sit mensura malorum?
Huius qui trahitur pretextam sumere mauis
An fidenarum gabiorumq̄ esse potestas?
Et de mensura vis dicere:vasa minora
Frangere pannosus vacuis edilis vlubris?
Ergo quid optandū foret ignorasse fateris
Seianum:nam qui nimios optabat honores:
Et nimias poscebat opes:numerosa parabat
Excelse turris tabulata:vnde altior esset
Casus:⁊ impulse preceps immane ruine.
Quid crassos:quid pompeios euertit:et illum
Ad sua qui domitos deduxit flagra quirites?
Summus nempe locus nullo non arte petitus
Magnaq̄ numinibus vota exaudita malignis
Ad generum cereris sine cede ⁊ vulnere pauci
Descendunt reges:et sicca morte tyranni.

in calamitate ex amicis inimici existūt.Cicero itē lib.iiij.ad Herenniū ait.Ita vt hirūdines estiuo tpe presto sūt.frigore pulse recedūt.Ex eadē similitudine nunc ꝑ trāslationē verba sumam⁹.Ita falsi amici sereno vite in tempore presto sunt:simulatq̄ hyemē fortune viderint:deuolant omnes.Populus:romanus scilicet

Nortia dea

Nortia:Volsinijs tēplū erat nortie hetrusce dee:vt ostēdit Liui⁹ libro septimo.Erat ⁊ sutrinorum numen.Tertiliano teste.Liuius lib.vij.in principio sic ait.Volsinijs quoq̄ clauos indices numeri annoꝝ fixos in templo Nortie hetrusce dee comparare.diligēs taliū monumētoꝝ auctor Cynthius affirmat. Tusco.seiano.Oppressa a seiano.Senectus principis.

Tyberij vita annoꝝ.lxxviij.

obijt Tyberius octauo ⁊ septuagesimo etatis anno:vt Tranquillus refert.Tertio ⁊ vigesimo imperij.Augustū:imperatorem.Suffragia:populus creabat magistratus omnes:postea vero cū iulius cesar oppressisset libertatē non licuit.Lucan⁹ ait lib.i.sector q̄ fauoris ipse sui populus:letalisq̄ ambitus vrbi.Annua venali referēs certamina cāpo.Effugit:popul⁹ scilꝫ.Ondit aūt pplm nil audere imꝑatoris timore:nō

Suffragia populi

Pannus in ludis

eñ liber vt olim erat.Qui.pplus.Fasces:cōsulatus.Legiones:exercitus.Pannū ⁊ circenses:pannū legendū est:erat eñ ꝓpositus pānus:quē aurige victores tollebant.Irridet pplm ipm poeta:vnde alibi ait.Mesticia est caruisse anno circēsibus vno.De pāno aūt cui maxime romani fauebāt quēq̄ amabāt maxime:latius videto in satyra.xi.ibi.s.euētū viridis quo colligō pāni.Fornacula:estuans ira tyberij.Pallidus:timore scꝫ.Mi:pro mihi.Ad martis arā:ad forū iuxta edē martis vltoris.Victus.s.brutidius.Penas exigat.i.ne se occidat vt aiax fecit:multi eñ sibiipsis mortē ꝯsciuere ex amicis seiani:ne torquerent̄:vt scri.Diony.et Sueto.Male defensus:ab grecoꝝ scꝫ ꝓcerib⁹:dū peteret achillis arma vlysse cōpetitore.Cesaris:tyberij.Hostē seianū.Serui nostri.s.Hi sermones.s.erāt.Sellas curules.ee selle erāt magistratuū in q̄bus sedētes iura populo dabāt Curules magr̄atus appellati:inq̄t Fest.q: curru vehebant̄:sꝫ de sellis curulibus ⁊ tribunalib⁹ paulo supius dictū est.Cū grege caldeo.mathematicos intelligit:Sueto.eñ sic ait:thrasiliū q̄ mathematicū:quē vt sapiētie ꝓfessorē cōtubernio admouerat:tūc maxime exptus ē:de caldeis aūt late supius.Pila cohortis.i.ꝓmipilaris fieri:pilū dictū q̄ hostē feriret.vt preliū auctore Varro.erat aūt pilū missile ferro triāgulo vnciarū nouē:hastili pedū q̄nq̄ ⁊ semis:nūc spiculū d̄r ad cui⁹ iactū exercebant̄ ꝑcipue milites:qd̄ arte et virtute directū et scutatos pedites ⁊ loricatos eq̄tes sepe transuerberat:vt Mode.inq̄t.Certe cohortis certe dixit:q̄m in legiōe erāt cohortes decē.Et castra domestica.Et ꝓ.i.declarat eñ illud egregios eq̄tes.castra aūt domestica:ꝑtorianas cohortes intelligit:q̄b⁹ seian⁹ ꝓfuerat.Quid ni:cur nō.Et:etiā:Qui nolūt.s.hec cupere.Preclara.s.sunt.Pretextā sumere:imꝑatoria ornamēta intelligim⁹:q̄bus etiā seian⁹ vsus erat aut purpureā vestē accipe possum⁹:quā ille induerat:quo

Curules selle

Thrasilium

Pilum
Spiculum

quo die in senatū venit.vt Dion scribit.Potestas magistratus:⁊ oppidoꝝ pretor dr.De mensura.Edilium erat de pōderibus ⁊ mensuris cauere:q minimi erāt magistrat⁹.Uis dicere.s.magisq̄ sumere pretextā seiani.Pannosus:vili pāno indutus dicit̄.Ulubris:Ulubre vicus olim ī latio.Crassos.M.Crassuz ⁊ eius filiū.P.Crassum:q trucidati fuerūt a ptbis:qđ scribit latius plutarchus.Appianus item scribit:gloria belli gerendi elatū Crassum:vt.s.ad indicū penetraret oceanū: ⁊ aurū ptboꝝ rapet:bellū iniuste in partbos mouisse. Pōpeios: Magnum pōpeium cū duob⁹ filijs:qui tris orbis partes sua cede inq̄narūt.binc Martia.ait li.v.pōpeios iuuenes asia:atq̄ europa:sed ipm terra tegit libyes:si tamē vlla tegit.Et illū.i.Cesarē dictatorem: q in senatu tribus ⁊ viginti plagis ꝯfossus est vt scribit trāquillus.Crassus aūt:pōpeius: ⁊ Cesar.inter se sibijpis orbem terrarū diuiserāt.Deduxit.impulit.Locus eos euertit.Nulla non arte.i.omni astu.Malignis:maligna numina appellat ea que q̄dem nocitura ꝯcedunt.Ad generū cereris:ad plutonē infernū regem:ꝓserpineq̄ raptorē ⁊ virū.Sine cede ⁊ vulnere ⁊c.Multi eñ iniqui:atq̄ infideles regno:pauci boni sunt inq̄t actius.vt scribit Cice.lib.iij.offi.

Potestas
Ulubre
Crassi
mons
Pomp.filij
Cesaris cedes

¶ Pone domi lauros.Uerba sunt poete precipientis quod factuz oportere negat tacite.Sicut egloga prima.Insere nūc melibee piros:pone ordine vites. Si eēnt ppli vba vt Manci. vult diceret.Gaudemus omnes:nō gaudēt:Sensus ergo et ordo est.Tu quisq̄s es qui triumphum tantope affectas.pone domi tue lauros quibus coronatum te significes.Duc bouez magnum ⁊ cretatū.i.albū in capitolia vt sacrifices ioui capitolino vt triumphantes solent.q.d.nō deberes hoc tantope desiderare:q2 in triumpho non est verum ac stabile bonum.quod probat. Nam seianus qui triumpharat ducitur.i.trahitur ad suppliciū vnco gutturi infixo spectandus id est omnibus spectabilis vt qui triumphantē viderint:nunc ad supplicium ignominiosissimū trahi videant.Omnes qui triūphanti cōgratulati erant atq̄ applauserant:gaudent.i.nunc in interitu eius rident:dicētes quādo a spectaculo tam crudeli reuersi sunt:que.i.qualia labra supple erāt illi hoc est quō detorsit labra sua.q̄s.i.qualis vult⁹ erat illi?Si q̄d.i.si aliquid vel i aliquo credis mihi:ego nūq̄ amaui hūc hoīem:qđ dicūt q prius sūmi illi⁹ amici visi sūt.Sed inq̄t poeta aut quiuis taliter increpantes audiēs:sꝫ sub quo crimine.i.sub quo titulo criminis cecidit.i.occisus ē?quisnā fuit sup.delator.i.occult⁹ accusator:quibus indicijs.i.cōplicibus rem indicantibus:quo teste probauit sup.delator.Respōdet quiuis de populo.Nil horū sup.in condemnatione eius fuit.sed sup.epistola verbosa multorum verborum:⁊ grandis.i.mādatuz tyberij venit a capreis vbi tunc erat.Respōdet poeta ironicos.Bene habet sup.res hec se.Nil plus interrogo.q2.s.satis est principē sic voluisse.Sed quid sup.fecit turba tremens:eo q̄ sibi sile accidere posset.Per quod innuit pplm nō debuisse pati vt indēnat⁹ ⁊ insons pateret̄.Rñdet is ad quez loquit̄ poeta.ppls sup.q̄d faceret.sequit̄ fortunā vt sp sup.solet:⁊ odit dānatos.Idē pplus.s.romanus q sic gauisus est ī morte seiani.si nortia.i.dea hetruscorū q hetruscū seianū ꝓtegere debebat:fauisset tusco scꝫ seiano.⁊ si secura senect⁹ principis.s.tyberij qui in senecta securus viuebat fuisset oppressa a seiano:diceret hac ipsa hora qua tiberius occisus eēt:ipm seianū augustū id ē sūmū impatorē ⁊ patrē patrie rēp.augentē.Populus romanus sup.effugit iāpridē.i.a plusculo tpe curas.i.sollicitudines eligēdi magrat⁹(hoc iterū satyrico morsu dicit irridēs ignauiā romanorum)et quo sup.tpe.i.postq̄ nulli vendim⁹ suffragia.i.puncta aut voces nostras.Nam pop.ro.scꝫ qui dabat olim impium fasces legiones:⁊ oīa sup.alia ꝯtinet nūc se.i.ꝯtent⁹ mō viuit:⁊ optat anxius tantū duas res:scꝫ pannū q victoribus pro pmio proposit⁹ est: ⁊ circēses scꝫ ludos:hoc est pplus se nō āplius intromittit de gubernatione reipub.⁊ ideo princeps.i.impator ꝓ libito quē vult interficit.vñ seq̄tur:Ego audio multos perituros sup.esse.Respōdet alter nil dubiū sup.est:q2 fornacula.i.ira ipatoris q̄si quedā pua fornax feruēs est magna.vel fornacula quā impator ad noxios aut quos volet puniendos cōstituit:est magna.Brutidius meus sup.amicus:fuit mi.i.mihi obui⁹ erñs pallidulus pre timore ad.i.iuxta arā martis vltoris scꝫ:q̄ id est quātū timeo.q.d.multū:ne ipe victus in iudicio:exigat penas a se scꝫ seipꝫ interimēdo:vt id est quēadmodū sup.fecit aiax male defensus in certamine contra vlixem pro armis achillis Innuit aūt q̄ brutidius tractus erat ad iudiciū tanq̄ fautor ⁊ amicus seiani.vnde dicit poeta noīe alicuijs e populo tunc viuētis.Curramus pcipites.i.velociter et calcemus hostē cesaris scꝫ seianū:duz.i.q̄diu iacet in ripa.i.sub scalis gemonijs insepult⁹ sicut iacuit pōpeius hostis iulij cesaris in littore.Sed serui scꝫ nostri videant.i.circūspiciāt et attendāt:ne quis eoꝝ neget id est recuset calcare seianū et trahat(ꝓpterea q̄ et seruis capiat̄ suspicio de dño)dñm pauidū in ius:⁊ hoc ceruice eius astricta ad cathenā aut funē:vel sic Si petat̄ ab impatore ad suppliciū

Ascen.

dñs aliquoꝝ seruoꝝ: videāt ipi serui ne quis eoꝝ neget dñm: sicut olim fideles fui dños suos occultauerūt; sed vt trahat dñm pauidū in ius. pōt etiā intelligi de seruis seiani. Sed videant serui seiani ne quis eoꝝ neget dñm ad suppliciū trahere. sed trahat ⁊c. Hi. i. hmōi sermones: ⁊ hec secreta murmura vulgi erant sup. tunc de seiano. Vis ne salutari sicut seianus: q̄ collega ⁊ summus amic⁹ tiberij salutat⁹ est. vis ne habere tantūdē quātū seian⁹: atq3 donari illi sellas curules ⁊ ꝑponere illū exercitib⁹: ⁊ vis ne hr̄e tutor. i. ꝓtector pn̄cipis. s. tiberij sedētis. i. ocia ducentis in āgusta rupe capreaꝝ cū grege. i. collegio caldeoꝝ. i. mathematicoꝝ ⁊ astrologorū: vis pila. i. gubernationē ferentiū pila: certe. i. spālis cuiusdā cohortis. vis egregios eqtes: ⁊ castra domestica. i. ꝑtorianas cohortes qb⁹ vt seian⁹ ꝑficiar. Quid ni. i. cur ñ cupias hec: ⁊. i. etiā ij sup. qui nolunt occidere quēq̄: volunt tñ posse. i. hr̄e potētiā. Sed (l3 oēs velint potentiā ⁊ diuitias) q̄ sunt sup: tantū. i. intantum ꝑclara ⁊ ꝓspera. i. q̄ res sunt intantū ꝑclare ⁊ ꝓspere: vt mensura maloꝝ: q̄ sequūtur: sit par. i. nō maior: sed eq̄lis reb⁹ letis: q. d. nulla. An sup. mauis. i. magꝭ vis sumere pretextā. i. impatoria ornamenta: hui⁹. s. seiani qui trahitur vnco sc3 ad suppliciū. an vis esse potestas. id est gubernator fidenarū ⁊ gabiorū: paruoꝝ illoꝝ oppidorū: ⁊ tu effectus edilis id est ediū ⁊ edendoꝝ prouisor ⁊ cēsor pānosus paup ⁊ male vestitus. Vlubris. i. in illo vico ⁊ pago latij (galli villagio dicerēt) vacuis. i. desertis ⁊ non populosis dicere sup. ius de mēsura: an equa an iniqua sit. et frangere vasa minora q̄ iustū sit: q. d. potius deberes eligere minimū magistratum vbi secure viuas: q̄ summum rome vbi vt seianus periculo subijciaris. Unde infert Ergo cū ita sit q̄ minimus magistratus in oppidulis aut pagis sit potius eligēdus q̄ summus rome: tu fateris seianū ignorasse quid foret optandū. nā. i. vtpote q: vel nā sup. is erat: qui optabat nimios honores: ⁊ qui poscebat nimias opes: ⁊ parabat numerosa. i. multiplicia tabulata. i. sola in domibus ex tabulis cōfecta q̄ solaria quidā appellāt: celse turris. i. in domo eleuata quasi sit celsa turris. vnde. i. de quibus tabulatis casus. i. ruina esset altior: et preceps. i. precipitiū ruine impulse. i. violenter illate: esset imane. i. terribile: vt res imanis pre magnitudine timēda sicut imania cete Vergi. in. v. eneid. dixit. vel minime bona: nā manū etiā bonū dixerunt. Quid euertit crassos et pōpeios potētissimos rome: ⁊ quid euertit illū sc3 iuliū cesarē dictatorē ꝑpetuū qui deduxit. i. impulit ꝑ tyrānidē quirites. i. romanos domitos. i. subactos: et quasi in seruitutē redactos: ad sua flagra. i. magna flagella qbus quos voluit cedebat. Respōdet poeta. Nempe. i. certe sūmus locus nulla nō. i. qualibet: arte. i. astutia petitus et magna vota exaudita numinib⁹. i. a numinib⁹ malignis. i. maliuolētib⁹: pauci reges descēdūt ad generū cereris. i. ad plutonē deū inferoꝝ q̄ ꝓserpinā filiā cereris a se raptā vt cōiugē tenet: hoc ē pauci reges moriunt sine cede. i. occisione: ⁊ vulnere: et pauci tyrāni descēdūt ad generum cereris morte sicca. i. sine effusione sanguinis.

Man. ¶ Eloquiu3 ac famā: hoc loco eloquentiā ac fama3 fugiendas esse exēplo mōstrat. Totis quinquatrib⁹: Quinquatria (Quinquatria) minerue sacra erāt: sic dicta a dierum numero. de qbus late Ouid. li. fast. iij. Celebrabat aūt domitian⁹ in albano quotānis quinq̄tria Minerue: cui collegium instituerat Erantq3 ibi oratoꝝ ⁊ poetarū carmina. qd̄ Tranq̄llus edocet. Pueri (Minerua a pueris) Mineruam colebant: vt cum in discēdis litteris dea faueret. hinc Ouidi. dicto li. fast. ait: pallada nunc pueri: tenereq3 ornate puelle. Qui bene placarit pallada doct⁹ erit. Uno asse parua pecunia. parū em̄ rhetoribus soluebāt. Quisq̄s adhuc colit ⁊c. Id ē quisq̄s adhuc sub rhetore discit. Vernula: seruus. Capse. in qua li

Eloquiū ac famā demosthenis: aut ciceronis
Incipit optare: ⁊ totis quinquatribus optat:
Quisquis adhuc vno partā colit asse mineruam
Quem sequitur custos anguste vernula capse.
Eloquio sed vterq3 perit orator: vtrunq3
Largus ⁊ exundans leto dedit ingenij fons
Ingenio manus est et ceruix cesa: nec vnq̄
Sanguine causidici maduerunt rostra pusilli
O fortunatam natam me consule romam:
Antoni gladios potuit contemnere: si sic
Omnia dixisset: ridenda poemata malo
Quam te conspicue diuina philippica fame

Volueris a prima que proxima:ſeuus ⁊ illum
Exitus eripuit:quē mirabantur athene
Torrentem:⁊ pleni moderātem frena theatri:
Dijs ille aduerſis genitus fatoqꝫ ſiniſtro
Quem pater ardentis maſſe fuligine lippus
A carbone ⁊ forcipibus:gladioſqꝫ parante
Incude:⁊ luteo vulcano ad rhetora miſit

hri ſunt. Manus Cice.videlicet de quo late putarch⁹. In roſtris autem ⁊ caput ⁊ man⁹ ciceronis affixe ſunt. Ceſa:videlicꝫ a:popilio lenate iuſſu M. Antonij.plutarchus ſcribit vehemēs Antonij odium in ciceronē initiū traxiſſe:qm̄ cicero.P.lentulum cuꝫ lucio catilina conſpirātēꝫ ſupplicio affecerat.Cui lētulo nupta erat Iulia ex ceſarū familia.ipiuſqꝫ antonij mr̄. O fortunatā:ſup dixit Cicero poſt catiline cōiurationē oppſſam:iu quo carie deriſus eſt.Solebat aūt ⁊ carmīa ſcribere cicero:vn̄ li.i.epl'a ad lētulū ita inqt.Scripſi etiā carmina qdā:nā ab orationib⁹ diſiūgo me:referoqꝫ ad manſuetiores muſas.q̄ me marie ſicut iā a pria adoleſcētia delectarūt:Scripſi etiā v̄ſib⁹ tres libros de tpib⁹ meis quos iā pridē ad te miſiſſeꝫ:ſi eē edēdos putaſſē:ſūt em̄ teſtes ⁊ erūt ſempiterni meritoꝝ erga me tuoꝝ meeqꝫ pietatis.Me cōſule:tpe videlꝫ catiline. Potuit cicero.Philippica: Demoſthenes in philippū macedonū regē orones ſcripſit:quas qdē philippicas appellauit.Cicero aūt in.M.antoniū ſcribēs orones quaſdā etiā philippicas noiauit.demoſtheneꝫ imitatus.cū pprie Antonianas debuiſſet appellare.Illū:Demoſthenē intelligit:q̄ orator optim⁹ athenienſis:aduerſat⁹ eſt philippo:Alexādro:⁊ Antipatro.regib⁹ macedonū:tandē antipatri timore fugiēs in quodā neptuni tēplo:e calamo veneno ſūpto ad arā cecidit:qd̄ plutarch⁹ lati⁹ explicat Torrentē eloquentē.Moderantē:tempantē.Frena theatri:pecunias publicas in theatris impēdebāt athenieſes:auctore aūt Demoſthene adhibita ſūt frena.vtqꝫ in vſuꝫ militie ipenderēt ſermonē fecit ad populū.Genit⁹ fuit.Pater ardētis maſſe.Demoſthenis pr̄ Demoſthenes cognoiatus eſt Macheropius ab officina gladioꝝ:quā athenis egregiā:multiſqꝫ artificib⁹ ſuis inſtructā hēbat.Auctor eſt plutarch⁹.Relict⁹ aūt a pr̄e ſeptē annoꝝ.abūdante primonio:demū omiſſis ceter̄ diſciplis:ad vnū ſeſe ipm̄ cōpauit atqꝫ exercuit:vt dicēdi facultatē nāciſceret.ad eāqꝫ rē pceptorē habuit Iſeuꝫ:ꝙꝙ floreret tūc marie Iſocrates.Luteo vulcāo:ruffo igni.ē ei luteus color ruffus dilucidior:vn̄ ei q̄ nomē eſſe factū videt ab luce.ſ.Auctor eſt Gel.lib.ij.

Antonij odium in Ciceronem

Ciceronis carmina

Philippice de Demosthenes

Iseus rhetor

Luteus color

Ascen.

¶ Eloquiū ac famā. Hic oſtendit eloquiū non eſſe verū bonū:qnādoquidē multis nocuerit. Ordo eſt q̄ſquis.i.quicūqꝫ colit adhuc mineruam.i.deā ſapientie et eloquētie:hoc eſt ipam ſapiētiā et eloquētiā:partā.i.parabilē ⁊ acqſibilē vno aſſe.i.minimo pcio.i.q̄ſquis adhuc ſub rhetore pma elemēta eloquētie diſcit(tales em̄ cū plures ſint minoris docent:ꝙ doctiores) ⁊ quē vernula.i.paruus ſeruus cuſtos anguſte capſe:in qua pauci libri cōtinent ſeqtur:q̄ſquis inquā talis eſt incipit optare et optat totis quīquatribus.i.feſtis quinqꝫ dierū ad honorē minerue a domitiano celebrari ſolitis:in q̄bus cū videret et poetas quorū carmīa illic erāt honorari ſi boni eſſent:incipit optare eloquiū ac famā demoſthenis.i.qualē habuit demoſthenes orator ſummus apud grecos:et Ciceronis.i.qualē habuit Cicero pnceps eloquētie apd̄ latinos:ſꝫ vterqꝫ orator tam demoſthenes ꝙ cicero:perit.i.perijt eloquio.i.propter eloquiū:et letus ⁊ exundās id eſt ſuperabundās fons ingenij dedit vtrūqꝫ leto.i.morti:manus ciceronis et ceruix eſt ceſa ingenio.i.ppter igeniū:et roſtra.i.loca in foro iudiciali:vnde publica mādata edicunt munita roſtris nauiū p q̄bus.i.ante que cicero orare ſolebat:maduerūt raro ſanguine puſilli.i.modici ⁊ parū docti cauſidici.Si cicero dixiſſet oia:ſic.i.ſicut dixit.o fortunatā natā me cōſule romam q̄ verſus ppter coicidentes ſyllabas vitioſus ē:potuit.i.potuiſſet cōtēnere gladios anthoni.i.M.Antonij triūuiri.Ego malo inqt poeta poemata ridenda.i.inepta:qualia cicero cōpoſuit (nō em̄ habuit venā ad carnē niſi vbi alioꝝ inēta trāſtulit)ꝙ te o philippica.ſ.oratio(ad imitationem em̄ demoſthenis philippicas inſcripſit orones pulcherrimas cōtra antoniū factas:cuꝫ potius antonianas appellare debuiſſet:in quarū ſcd̄a pcipue antoniū carpit:vn̄ dicit.Ego malo ridēda poemata:ꝙ te o philippica ſup. oratio diuina.i.diuino artificio confecta:que volueris.i.dū volueris aut dū libri aut carthe voluūtur:haberis proxima a prima.id eſt ſecunda.hoc eſt malo ſemper ridenda poemata feciſſet ꝙ ſecundā philippicā:quam artificioſiſſime quidem compoſuit:ſed per eam ſummam inuidiam incurrit. Seuus exitus.id ē crudelis mors eripuit

Et.i.etiā illū sc₃ demosthenē:quē athene mirabāt torrētē.i.in morē torrētis fluētē eloquor mode rātē frena pleni theatri.i.gubernātē totū theatrū.ille.s.demosthenes fili⁹ fabri ferrarij τ potissi mū macheropi.i.factoris gladiorū:genit⁹ sup.fuit dijs aduersis τ fato sinistro.i.īfausto quē pr lip p⁹.i.lippos hoc ē fluētes oclos habēs fuligine.i.ppter fuliginē masse sc₃ ferree:ardētis: hoc ē cādētis:misit a carbone τ forcipib⁹.i.tenellis forum.i.calidū capiētibus:τ incude ferro duriore sup qd cuditur:parāte gladios: τ vulcano.i.fabro ferrario qualis erat vulcan⁹.luteo.i.cenoso τ deformi.Non credo deductū esse a colore luteo id est ruffo.quia sic lutum primā producit. vt in Buco.Murice:iam croceo mutabit vellera luto.Et iterum.Mollia luteola pingit vacinia cal tha.Et sepe alibi.Luteū aūt vocat fabrū propter fuliginē:qꝫ si pro igne posuit qui in carbonib⁹ est:adhuc luteū dicere potuit ad differentiā elementaris cui minerua preest.

Bellorum exuuie truncis affixa tropheis
Lorica:τ fracta de casside buccula pendens
Et curtum temone iugum:victeq₃ triremis
Amplustre:τ summo tristis captiuus in arcu
Humanis maiora bonis creduntur ad hec se
Romanus graiusq₃ ac barbarus induperator
Erexit.causas discriminis:atq₃ laboris:
Inde habuit:tanto maior fame sitis est:qꝫ
Uirtutis:quis enim virtutem amplectitur ipsā
Premia si tollas?patriam tamē obruit olim
Gloria paucorū:τ laudis:tituliq₃ cupido
Hesuri satis cinerū custodibus:ad que
Discutienda valent sterilis mala robora ficus
Quādoquidē data sūt ipsis quoq₃ fata sepulchris
Expende annibalem:quot libras in duce sūmo
Inuenies:hic est quem non capit aphrica mauro
Perfusa occeano:niloq₃ admota tepenti
Rursus ad ethyopū populos:aliosq₃ elephātos.
Additur imperijs:hispania pireneum
Transilit:opposuit natura alpemq₃ niuemq₃
Diduxit scopulos:τ montem rupit aceto
Jam tenet italiam:tamen vltra pergere tendit
Actū inquit nihil est.nisi peno milite portas
Frangimus:et media vexillū pono subura
O qualis facies:τ quali digna tabella
Cum getula ducem portaret belua luscum
Exitus ergo quis est o gloria?vincitur idem

Man.

¶Bellorū exuuie: bellorū gloriam multis obfuisse ostēdit:ceu ānibali.alexādro Xerxi τc.Truncis affixa tropheis lorica:solebāt enī victis τ exutis hostib⁹ obtrūcare arbores:in tumulo vel colle aliquo ibiq₃ exuuias suspendere. Uir.lib.xi.de enea ꝯtra mezētiū Uota deū primo victor soluebat eoo.Ingētē quercū decisis vndiq₃ ramis Cōstituit tumulo.fulgētiaq₃ īduit arma Mezēti ducis exuuias: tibi magne tropheum Bellipotēs aptat:rorātes sāguine cristas. Telaq₃ trunca viri: et bis sex thoraca petitū pfossūq₃ locis. Lorica appositio est. Fracta casside: ita enī trūca oīa i tropheis affigebātur. Buccula: bucce tegmē ferreū cassidi herēs. Homeri interpres li.iiij.iliados.Excussa prius pilo buccula: celsisq₃ cristis. Ex lib.vi.de Astyanacte. Expauerat enī clausam patris galea faciē micātēq₃ ferro Bucculā.terribilesq₃ super conū τ motu ipso minaces cristas. Curtū fractū.Temone:sup.cū.Amplustre

Amplustra

amplustra nauiū ornamēta āpli⁹ qꝫ essēt necessaria vsuvt scribit festus.Captiuus:dux.In arcu summo.Trophea in locis eminētioribus figebātur.Salust.de Pom-

Tropbea

peio.Deuictis hispanis tropbea in pireneis iugis constituit. Ex quo more tropbea in vrbib⁹ figebātur in arcub⁹ ex edificatis.Ut Serui⁹ refert li.xi.enei. Graius vt alexāder.Barbar⁹:vt ānibal.

Uiritus sine premio fugit

Quis enī virtutē.τc.Ouidius id prius ad maximū scripserat libro secūdo de ponto. Ipse decor facti recti:si premia desint. Nō mouet τ gratis penitet esse pbū. Olim:

Nepe, et in exilium preceps abit, atque ibi magnus
Mirandusque cliens sedet ad pretoria regis
Donec bythino libeat vigilare tyranno:
Finem anime: que res humanas miscuit olim
Non gladij: non saxa dabunt: non tela: sed ille
Cannarum vindex: ac tanti sanguinis vltor
Anulus: i demens et seuas curre per alpis:
Ut pueris placeas: et declamatio fias.
Unus pelleo iuueni non sufficit orbis:
Estuat infelix angusto limite mundi:
Ut gyare clausus scopulis: paruaque seripho
Cum tamen a figulis munitā intrauerit vrbem
Sarcophago contentus erit: mors sola fatetur
Quātula sint hominū corpuscula: creditur olim
Uelificatus athos: et quicquid grecia mendax
Audet in historia: constratū classibus iisdem
Suppositūque rotis solidū mare: credim⁹ altos
Defecisse amnes: epotaque flumina medo
Prandente: et madidis cantat q̄ sostratus alis.
Ille tamen qualis rediit salamine relicta?
In corum atque eurū solitus seuire flagellis
Barbarus eolio nunq̄ hec in carcere passos
Ipsum cōpedibus: qui vinxerat ennosigeum
Mitius id sane: q̄ non et stigmate dignum
Credidit: huic quisq̄ vellet seruire deorum?
Sed qualis rediit: nempe vna naue cruentis
Fluctibus: ac tarda per densa cadauera prora.
Has totiens optata exegit gloria penas.

quādoque: Annibal enī gloriosus patrie ruine causa fuit. Sterilis ficus: id est caprificus. Fata: ruine: mortes. Expende: pondera. Annibalem: id est eius cinerem Aphrica mauro perfusa oceano. **[Aphrice terminus]** Aphrica ab orientis parte nilo terminatur pelago a ceteris. A septemtrione enī libico mari cingit. Ab meridie ethyopico. Ab occidente atlantico. Mauri vero in atlanticū pelagus expositi sunt. **[Mauri]** Auctor est Mela. Aliosque elephantos: hoc ait quoniam auctore Plinio libro.viij. Elephantes fert aphrica vltra vluicas solitudines: et in mauritania ferūt ethyopes et troglodite sed maximos india. **[Elephanti]** Addit imperiis hispania: hanc amilchar prius infestare cepit: deinde asdrubal eius gener: postea vero annibal potit⁹ est omni ꝑpe hispania vsque ad pyreneū montē: qui eam prouinciā ab gallis diuidit. **[Annibalis victorie]** superat⁹ demū pyreneis iugis ad rhodanum venit. **[Pyreneus mons]** demū alpes etiā dieb⁹ q̄ndecim superauit. **[Alpes rupte]** per ingentia saxa igni acetoque putrefacta sibi aperiens iter. Id Plutarch⁹ scribit. Liuius quoque plurima. Opposuit: annibali scz: atque hostib⁹ aliis. Alpes enim mōtes sunt altissimi: qui italiā a germania submouent. teste Plinio libro.iij. Alpēque niuēque: id ē niuosas alpes. Diduxit: diuisit. Portas: vrbis scilz. Subura. de hac satyra.iij. vide. O qualis: admirandi stupendique aduerbium. Digna tabella: mos erat pictorum in tabulis sepe deformes facies et distorta corpora pingere rome potissimum risus gratia. Portaret belua luscum. Plutarchus sic ait. **[Annibal fit luscus]** Superatisque apēninis iugis ꝑ ligures ea via qua ad paludē ac planiciē fluminis Arni est iter in hetruriā descēdit. Arnus vehemētius excreuerat ꝑ eos dies: atque oēs circūiacētes campos aq̄s inundauerat. Igit annibal tm̄ exercitū secū trahēs: priusq̄ e palustrib⁹ locis egrederet vitare non potuit quin ingentē hoīm ac iumētorꝫ iacturā faceret: ipe quoque dux et si elephāto qui vnus supfuerat: ex multis eminēs veherek: plures tamē dies ac noctes aeris intēperie vigiliisque cōfect⁹ alterū amisit oculū. hec ille. Uincit idē. postq̄ scipio in aphricā cū romano exercitu iuerat: annibal ab italia reuocat⁹ est: vt patrie opitularet: itaque apud zamā pugnatū est: vbi supra viginti milia ho-

Compedes Vulua Vterus Cognati Agnati

Ascen. ¶ Experiere ⁊c. Frugalitatem sue cene ad quam persicum inuitarat poeta longo sermone recitat. Ordo est. O persice tu experiere.id est facies periculum ⁊ sumes experimentum hodie:nūquid ego nō prestem.i.exhibeam vita vel moribus ⁊ re:pulcherrima dictu.id est que pulcherrima sunt dum a me dicuntur.sed existens ganeo.i.lurco ⁊ homo vorax ganearum frequentator occultus laudem.id est cōmendem ⁊ laude prosequar:siliquas.id est durum victū antiquorum:⁊ dictem id est precipiam facere puero meo coram alijs pultes:sed dictem in aure pueri placentas id est vt coquat mihi placētas. Nam tu cum sis conuiua promissus mihi habebis euandrum.i.me modicum ⁊ pauperem te hospitio recipientem sicut euander herculē se apud virgiliū recepisse dicit:⁊ venies hospes tyrynthius.i.vt hercules:aut hospes minor illo.s.hercule:⁊ tamē ipse contingens celū sanguine.i.origine sua.s.eneas filius veneris. Alter sup.eorum hospitū euandri.s.eneas missus est ad sydera aquis.q: submersus est in numico lacu:⁊ alter scꝫ hercules:flāmis quia combustus interijt. Audi nūc fercula non ornata vllis macellis.hedulus.id est paruꝰ hedus pullus capre.veniet de agro tiburtino existens pinguissimus ⁊ mollior.id est tenerior toto grege:inscius herbe.i.qui nondum gustauit herbam:sed vberibus matris nutritus est:⁊ non ausus adhuc mordere virgas humilis salicti.i.salicū simul in imo nascētiū:q̄ hꝫ plus lactis ꝙ sanguis:⁊ asparagi:ab asperitate dicti:mōtani.i.montibꝰ nati quos villica.i.habitatrix ville hoc ē possessiōis mee i agro:legit.i.collegit:mō.i.paulo āte ⁊ hꝰ fuso posito.i.deposito cum colo sup.veniēt. Preterea grādia oua calētia feno torto.i.circūuoluto assūt.s.nobis cū ipsis mr̄ibus i.gallinis.vue huate sup.tales q̄les fuerāt in vitibus.pte.i.ꝓ parte āni.qua.s.erāt mature sup. adsunt nobis. Pirū sigminū ⁊ syriū sic dictum ⁊ mala.i.poma recētis odoris emula picenis.i.certantia in fragrantia et bonitate cum picenis: nec pro et non et poma non metuenda tibi postꝙ posuere id est exuerunt autumnum siccatū frigore.i.per frigus:et pericula succi crudi id est indigesti et adhuc viridioris adsunt nobis sup.de iisdem corbibus id est canistris quibus allata sunt.hec id est huiusmodi cena fuit olim iam id est in priscis temporibus:cena luxuriosa:nostri id est romani senatus. Ipse curius dentatus optimus dictator ponebat.i.coquebat breuibus focis holuscula que sup.legerat in sup.paruo horto:que.i.qualia holuscula: fossor scꝫ seruꝰ ad glebā destinatus squalidus id est immūdus:in magna compede id est catena que ab vna pte agri fodiendi ad aliā vsq̄ extēdebatur:fastidit id est fastu aspernatur:qui scꝫ fossor meminit id est adhuc memor est:quid vulua sup.porcina:calide popine.i.quam in calida popina priusꝙ seruus esset comederat:sapiat id est qualem saporem habeat respectu holerū.moris id est instituti et consuetudinis erat quondā seruare diebus festis id est vsq̄ ad dies festos:terga suis.i.porci sicci id est exiccati in fumo et salsi:pendentia in crate rara vt fumū et ventum capiant. Ac ꝑ et moris sup.erat ponere cognatis lardum natalitium id est ad diem natalē quo maxime genio indulgebant seruatum:et hoc noua id est recenti carne:accedēte id est adiecta ad lardum:si hostia id est sacrificiū pro hostibus deuictis facta:dabat quam id est aliquam. Aliquis cognatorum functus titulo terconsulis atq̄ imperijs castrorū:et functus honore dictatoris id est summi magistratus:ibat maturius id est prius solito id est ꝙ solitus erat ad has id est huiusmodi epulas referens id est reportans a monte id est agro montano domito id est culto et a siluestritate ac nociuis herbis purgato:ligonem id est instrumentum illud quo rustici terram purgant ereptum id est vi extractū e terra dura et saxosa vbi difficilior est domatio.

¶ Quum tremerent aũt fabios: antiquoꝝ frugalitatem ꝛ parſimoniam laudat. arguens atq̧ vituperans ſui tp̃is hoïes: qui q̃dem pro lectis ornãdis etiã teſtudinũ putamina ſecabãt. Tremerent: romani. ſ. Cenſoris mores: Cenſor inquit Uarro ad cuius cenſionem. i. arbitrium cenſeretur populus. Man. Cenſor

Quum tremerent autem fabios: durũq̧ catonẽ
Et ſcauros: ꝛ fabritios: rigidiq̧ ſeueros
Cenſoris mores etiam collega timeret.
Nemo inter curas ꝛ ſeria duxit habendum
Qualis in oceano fluctu teſtudo nataret
Clarum troiugenis factura ac nobile fulcrum
Sed nudo latere ꝛ paruis frons erea lectis
Uile coronati caput oſtendebat aſelli
Ad quod laſciui ludebant ruris alumni.
Tales ergo cibi: qualis domus: atq̧ ſupellex
Tunc rudis ꝛ graias mirari neſcius artes.
Urbibus euerſis predarum in parte reperta
Magnorum artificum frangebat pocula miles:
Ut phaleris gauderet equus: celataq̧ caſſis
Romulee ſimulacra fere manſueſcere iuſſe.
Imperij fato geminos ſub rupe quirinos
Ac nudam effigiem clypeo fulgentis ꝛ haſta
Pendentiſq̧ dei perituro oſtenderet hoſti.
Argenti quod erat ſolis fulgebat in armis
Ponebant igitur thuſco ferraca catino
Omnia tunc: quibus inuideas ſi liuidulus ſis
Temploꝝ quoq̧ maieſtas preſentior ꝛ vox
Nocte fere media: mediamq̧ audita per vrbem
Littore ab oceano gallis venientibus: ꝛ dijs
Officium vatis peragentibus. his monuit nos
Hanc rebus latijs curam preſtare ſolebat
Fictilis ꝛ nullo violatus iuppiter auro.
Illa domi natas noſtraq̧ ex arbore menſas
Tempora viderunt: hos lignum ſtabat in vſus
Annoſam ſi forte nucem deiecerat eurus

Cenſores vero duo erant quoꝝ auctoritas maxima: eorumq̧ adminiſtratio p̱ luſtrũ hoc eſt quinquẽnium tendebatur vt ſcribit Aſconius. lib. iij. de pretura vrbana. plutarch⁹ autẽ in vita pauli Emilij ſcribit Cenſurã magiſtratum fuiſſe maxime oïm reuerentie: plurimeq̧ p̱tãtis: cuꝫ alijs rebus: tũ ad morum emendationẽ: naꝫ in ſenatu remouere imeritos poterat: ꝛ p̃ncipeꝫ preſcribere. auferre equos notare infamia cenſum augere. luſtrũ condere. Dixit idem ꝛ plura in vita catonis ſenioris. Censura Seria: ſeriuꝫ triſte: ꝛ quaſi ſine riſu ait Marcellus. Teſtudo: Plini⁹ lib. ix. inquit: q̧ teſtudines tante magnitudinis indicum mare emittit vt ſingularũ ſup̱ficie habitabiles caſas integant atq̧ inter Iſulas rubri p̃cipue maris ijs nauigent cymbis. Teſtudinũ vero putamina ſecare in laminas: lectoſq̧ ꝛ repoſitoria ijs veſtire. C Aruilius pollio inſtituit. De eiſdem Mar. li. xij. ad Amenũ ait. Gẽmantes prima fulgẽt teſtudine lecti. Et mariſiaci pondere rara citri. Teſtudines Fulcrũ: lecti ornamẽtum: pendẽs ipſe aũt tabule quibus lectica cõficitur fulcra dicũtur: quib⁹. ſ. fulcimur. i. ſubſtentamur. Uirg. li. vi. Lucent geniali bus altis Aurea fulcra toris Nudo latere cuꝫ. Nuda ſponda: nulla eñi adhibita erant ornamẽta in ip̃is tabulis: ſꝫ nude erãt. i. ſine pictura aliq̃. Fulcrum Paruis nõ ſumptuoſis ꝛ ãplis. Frõs erea. Antiquiſſima fuit deliaci eris gloria ꝛ priſci limina etiã ac valuas i tẽplis ex ere factitauere. tricliniorũ pedes fulcra itẽ ere ornabant legito pli. li. xxxiiij. Uile coronati caput oſtdebat aſelli. Coronati ait: q̃m in agroꝝ limitib⁹ aſini caput nudũ cute ſuſpẽdebãt putantes incõmoda ſic arceri poſſe ab agris. Unñ ait columella Nũc ca

put arcadici nudū cute fert aselli Tyrrhenus fixisse Tages i limite ruris. Vile caput: vile ait quia vacuū: et cute nudū erat. Caput ostētabat aselli. intelligēdū oli patresfamilias rure sepe dormisse i villici domo: vbi lectulos habebāt et puos et erea tm̄ fronte fulcitos: nō ei testudine fulcra ornata erāt: vt Juuenalis tpe. In illa vero enea lecti fronte coronati aselli nudū caput: sculptū fuisse vel appēsum inuit: et sic frons ipsa aselli caput ondebat. nā cū lectulus intra domū eēt: quo pacto poterat aselli caput in agrorū limitibus suspēsum ostēdere. Neqꝫ distātia coueniret. Juuenalis eni p testudinū putaminibus fulcra ornātibus: ait antiquos aselli albū caput ad fulcra habuisse. nec abnuo in limitibus agrorū caput illud aselli etiā fuisse. ergo cū lecti et pui et nudi seu inornati olim fuerit

Phalere — Tales: scz erāt. Tunc rudis: ostendit oli romanos mēsarū ornamēta spreuisse: qsisseqꝫ illa in ar-
Phanero — mis et eqs potius Graias artes: multi eni grecorū optimi fuerūt artifices poculorū. Phaleris: phalere equorū ornamēta dicunt a phaneroo qd est manifesto illustro. ijs eni ornamētis illustra

Lupa romuli — ri videt equus: grece phalara dicit: sicut talantō latine vero talentū. de phaleris Verg. ait li. v. Primus equū phaleris insignē victor habeto. Mansuescere iusse: lupa eni visis romulo et remo adeo māsueta effecta est qp etiā vbera pbuit: de quo late Diony. lib. i. Geminos qrinos: romulū et remū. Sub rupe. Diony. in pmo scribit: qp vbi lupa inuēta est pbere infantibus vbera: ppe erat sacer quidā locus sylua densa cōtentus: et petra fontes emittens: dicebat aūt saltus panos esse: eratqꝫ ibi dei eiusdē ara. quē in locū vadēs lupa se cōdidit. Antrū vnde liquor manat cōiunctū palatij edificijs ostendit secundū viā: qua itur ad circū tēplūqꝫ ei pximū: in quo imago ē huius casus: lupa pbēs pueris duobus vbera antique opere simulachra erea: hec Diony. ea vero simu

Far — lachra nūc apud capitoliū visunt. Pendentis dei. i. martis: extabat eni in casside tanqꝫ in aere. Farrata: ex farre cibaria: populū romanū farre tm̄ et frumēto. ccc. annis vsum verrius tradit: auctor est Pli. li. xviij. Tusco catino: fictili vase: intelligūtur aūt arretina vasa Marti. lib. xiiij. arretina nimis ne spernas vasa monemus: Lautus erat tuscis porsena fictilibus. et li. i. Sic arretine

Gallorum aduentus vox nocturna — violāt crystalina teste. Inuideas: inuidere possis: nā puo cōtenti erāt. Presentior: ppitior erat Et vox nocte: fere media. Liuius lib. v. sic ait Eodē anno. M. ceditius de plebe nūciauit tribunis se in noua via: vbi nūc sacellū est supra edē veste: noctis silētio audisse vocē clariorē humana q magistratibus dici iuberet gallos aduentare. id vt fit: propter auctoris humilitatē spretū: et qp longinq: eoqꝫ ignotior gēs erat. His monuit nos: his videlz dijs monuit nos iuppiter fictilis et c. Seneca aplo Paulo scribēs ait: solere deos ore innocentiū effari. Fictilis iuppiter: Pli lib. xxxv. c. xi. scribit qp Turianus a fregellis accitus tpe Tarqnij psci iouis effigiē finxit in capitolio dedicandā: fictileqꝫ eā fuisse: ab hoc eodē factū herculē: ee eni tūc effigies deū erant laudatissime. Nec penitet nos illorū: q tales coluere. aurū eni et argentū ne dijs quidē conficiebant. Et in sacris nō myrinis chrystallinisue: sed fictilibus prolibabatur Simpinijs innocētius: hec ex illo Dominatas: nō eni querebant ebur externum: et citreas mensas: de quibus alibi diximus.

Ascen. — ¶ Quum tremerēt et c. Frugalitatem antiquorum latius prosequitur. Ordo est. Autem. i. sed: quum. i. quando: sup. romani: tremerent. i. vsqꝫ ad tremorē formidarent fabios: et durum catonē et scauros et fabritios viros illos seueros et censorios: et quum etiam collega. i. concensor vel cū alio censor factus timeret seueros mores rigidi. i. inflexibilis censoris: tunc sup. nemo duxit id est existimauit habendū inter curas et seria sua: qualis testudo. i. concha magnas testas habens nataret in fluctu oceano. i. maris occeani indici potissimū factura. id est talis que faceret: troiugenis. i. nobilibus romanis se de troianis ortos gloriantibus: nobile fulcrū. i. sustentamentū pendens: vel tabula lecti ex putaminibus confectum: sed frons. id est altior pars lectice: erea. i. eremunita: et nudo latere. id est nullo fulcro aut putamine tecto: ostendebat lectis paruis vile caput aselli coronati quibusdam scilz sertis. Ad quot caput aselli affixum fronti lectice: alūni lasciui ruris. id ē filijfamilias nutriti ruri: ludebant. Sibi ergo fuerūt sup. tales: qualis sup. fuit domus: et qualis supellex: hoc est viles. Miles romanus existens tūc rudis et nescius imitari graias artes. id est grecorum in fingendis signis artificia frangebat vrbibus euersis. id est funditus destructis pocula magnorum artificum reperta in parte prede (quia enim non erat bibax contempsit pocula artificiosissime composita) frangebat dico miles pocula vt equus gauderet phaleris. id est ornamētis bullatis: et vt cassis. id est galea celata. id est habens celata simulacra id est effigiem romulee fere: scz lupe iusse mansuescere. id est mansueta fieri: vt ostenderet hosti perituro. id est quem interficere vellet: simulachra romulee fere iusse a deo scilz generis romani auctore māsuescere. i. māsueta fieri: et geminos quirinos. s. romulū et remū. fato imperij id ē ppter imperiū romanū aliqn futurū fato: ac vt ostēderet hosti pituro nudā effigiē dei scilz

martis pendētis ⁊ fulgētis clypeo ⁊ hasta.i.armis militaribꝰ.Illud argenti quod tūc ipsis erat fulgebat in solis armis.Igitur q: sola arma exornabāt:ipi ponebāt tunc oia farrata.i.genꝰ pultis ex farre:quibꝰ oibus tu inuideas si sis liuidulus.i.modicū inuidiosus. Maiestas q̄ templorū erat tūc sup.q̄.i.etiā presentior.i.paratior ad cōsulendū rebus romanis:⁊ vox deorū scz audita est a M.Ceditio videlz nocte fere media ꝑ mediā vrbē gallis veniētibꝰ.i.dū galli venirēt ab littore occeano.i.occeani britānici scz ⁊ hoc dijs pagētibus officiū vatis.i.prophete:iuppiter fictilis.i.hñs statuā fictilē.s.terreā:⁊ nō violatꝰ.i.corruptꝰ ⁊ adulteratꝰ vllo auro hoc est monuit nos his.i.de his:⁊ solebat p̄stare rebus latijs.i.latinis hoc ē italicis ⁊ potissimū romanis: hāc curā.i.custodiā sollicitā.Illa tpa viderūt mensas natas domi.⁊ pro.i.nostra.i.italica arbore et lignū stabat in siluis scz in.i.ad hos.i.hmōi vsus mensarū scz:si eurus.i.violētus ⁊ impetuosus ventus deiecerat forte nucem.i.arborem nucū annosam.i.multorū annorū.Ex nuce aūt mense ⁊ simulachra fieri solēt.q: tarde cariē aut teredines patitur.

At nunc diuitibus cenandi nulla voluptas
Nil rhombus:nil dāma sapit:putere videntur
Unguenta atq; rose:latos nisi sustinet orbes
Grande ebur:⁊ magno sublimis pardus hiatu
Dentibus ex illis quos mittit porta syenes
Et mauri celeres:⁊ mauro obscurior indus
Et quos deposuit nabatheo belua saltu
Jam nimios capitiq; graues:hinc surgit orexis
Hinc stomacho bilis:nam pes argenteus illis
Anulus in digito q̄ ferreus:ergo superbū
Conuiuam caueo:qui me sibi comparat ⁊ res
Despicit exiguas:adeo nulla vncia nobis
Est eboris:nec tesselle:nec calculus ex hac
Materia:quin ipsa manubria cultellorum
Ossea:non tamen his vlla vnq̄ obsonia fiunt
Rancidula:haud ideo peior gallina secatur:
Sed nec structor erit cui cedere debeat omnis
Pergula discipulus tripheri doctoris apud quē
Sumine cum magno lepus:atq; aper:⁊ pygardꝰ
Et scytice volucres:⁊ phenicopterus ingens
Et getulus oryx hebeti lautissima ferro
Ceditur:⁊ tota sonat vlmea cena subura.
Nec frustum capree subducere:nec latus aphre
Nouit auis noster tyrunculus:ac rudis omni
Tempore:⁊ exigue frustis imbutus ofelle.

¶ At nūc At aduersatiua est ꝑticula.Latos nisi sustinet orbes Grande ebur. Mensarū luxum hic arguit.Ex mauritania siqdez Citree mense magno veniebant quas quidē eboreis pedibꝰ fulciebāt.Lucanꝰ lib.x.Dentibꝰ hic niueis sectos atlantide sylua: imposuere orbes:q̄les ad cesaris ora. Nō capto venere iuba.et Mar. lib.ij.in Candidū.Tu lybicos indis suspēdis dentibus orbes fulcit testa fagina mēsa mihi.Pardus pardi statua ex ebore.Est autē pardus pāthere mas vt alibi dictū est.Porta syenes:syene insula est in finibꝰ ethiopie: vt docet strabo lib.xvij.Etiā pli.lib.v. c.xi.ait.Syenen in finibꝰ ethyopie insulā esse.C.M.passuū ambitu.Elephātis insula supra syenen.xvi.M:habitatur nauigationis egiptie finis.Porta syenes hoc ait:q̄m elephātes ab elephāti vrbe supra syenē manantiꝰ ꝑ ipsam syenē ad nos veniūt.Mauri celeres:oēs regiones nomiat vbi sunt elephātes. Belua:elephas.Nabatheo saltu Nabathei in arabia sunt:oppidum incolūt petrā noie.pli.li.vi. Meminit ⁊ Diodorꝰ lib.iiij. Orexis:turbatio quedā ⁊ furor qd̄ aptius ꝑ epexegesin declarat dicēs:hinc stomacho bilis.De orexi aūt latiꝰ videto sat.vi.ibi: rabidam facturꝰ orexim.Bilis amaritudo ⁊ ira ꝓpe humor fellis est. Illis mensis ci treis.s. Nam q:.Pes argēteus: solebāt aliq̄ triclinia ⁊ mēsas ēt argēto ornare vt late pli.li.xxxiij capi.xij.ondit.Anulꝰ in digito q̄

Man.
Pardus
Syene
Elephantis insula
Nabathei
Orexis

Triũphantis corona
Triũphantis anulus ferreꝰ.
Calculus
Pergula

ferreus:triũphãti cũ corona ex auro hetrusca sustineret a tergo:anulꝰ tñ in digito ferreꝰ erat: equa forma triũphãtis ⁊ serui coronã sustinẽtis:hi quoq; q ob legationẽ acceperãt aureos anulos:in publico tantũ vtebãtur:intra domos vero ferreis.quo argumẽto etiã nũc inqt Pli.sponse anulus ferreus mittit:isq; sine gẽma:hec ex Pli.lib.xxxiij. Me sibi cõparat.i.qui vult me eximie apparare:vt ipse solet. Adeo:certe. Tesselle:tali et tessere eburnee erant. Calculus:nũc scacus dicit. Mar.li.xiiij. Hinc mihi bisseno numerat tessera puncto:Calculus hinc gemino discolor hoste perit. Ideo q: nõ sunt eburnea. Structor:incisor ad mẽsam. Pergula:ea nõ solũ inuitibus dicit:sed etiã vbi pceptores discipulos erudiebãt:vel artifices alij opa sua velut in ꝓpatulo habebãt. Sueto.de crassitio tarentino grãmatico. Deinde in ꝑgula docuit donec in cõmẽtario Smyrne edito adeo iclaruit.⁊ Pli.li.xxxv.ca.viij de apelle.idẽ ꝑfecta opa ꝓponebat in ꝑgula ⁊c. Triferi doctoris:in vrbe doctores erãt:q scindẽdi obsonia artẽ tradebãt:vt etiã innuit Seneca episto.xlvij.qd latius in saty.v.patet.

Pigardus
Caprearum genera
Ibices
Oryges
Phasiani
Phenicopterus

Pigardus:genus est caprearũ. Pli.lib.viij.de semiferis ait. Capree tñ in plurimas figuras trãsfigurãtur:sunt capre:sunt ibices ꝑnicitatis mirãde sunt et origes cõtrario pilo vestiti et ad caput verso:sunt et dãme ⁊ pigardi ⁊c.vtq; phs li.ij.aialiũ ait.orix vnicornis:⁊ bisulcis pedibꝰ ẽ. Scythice volucres.i.phasiani a phaside fluuio ad nos traducti. Marti.li.xiij. Argoa primũ sum transportata carina: Ante mihi notũ nil nisi phasis erat. Phenicopterus:phenicoptheri linguã precipui saporis esse Apicius docuit:vt scri. Pli. li.x. Marti.etiã li.xiij.ait:Dat mihi pẽna rubẽs nomẽ:sed lingua gulosis Nostra sapit. Aristophanes vt aiũt refert palustrẽ eẽ auẽ:⁊ rubescẽtibꝰ pẽnis.phenicos ruber dr ⁊ pterõ pẽna. Lautissima:ꝓ lautissime.i.eximie ⁊ egregie. Hebeti ferro.i.obtuso:nã si acutũ fuissꝫ:aialiũ formas q lignee erãt lacerasset:hinc ait: Ulmea cena:q: ex vlmo ⁊ ligno aliquo formata erant obsonia.

Galline numidice
Offa

Sonat:dũ.s.incidẽdi ars discitur. Subducere:demere. Aphre auis.i.galline numidice de qua Marti.li.xiij. Ansere romano q̃uis satur annibal eẽt: Ipse suas nũq̃ barbarꝰ edit aues. Var. lib.iij.sic. Galline aphricane sunt grãdes varie:gilberie quas melagrides appellãt greci ⁊c. Tyrunculus:structor rudis ⁊ minister nouitiꝰ. Imbutus:doctꝰ ⁊ instructus. Ofelle:offa aqua.ofella:constabat ex carne porcina.ofelle preterea saliende precepta tradit Cato vltimo cap. Tradit etiam columella li.xiij.ca.lij.vbi diminutiuum etiã offulam fecit:sicut et Uarro.

Ascen.

¶ At nũc.⁊c. Carpit luxũ mẽsarũ. Ordo est. At nulla voluptas cenãdi est nũc diuitibꝰ:⁊ rhõbus.i.delicatissimꝰ piscis:⁊ dãma.i.caro ferina:nil sapit diuitibꝰ:⁊ vnguẽta atq; rose vidẽtur ipsis putere.i.fetere:nisi ebur grande.i.pes mensarũ citrearũ ex ebore magno cõpactus sustinet latos orbes.i.tabulas seu mẽsas rotũdas:⁊ nisi pardus.i.simulachrũ pardi: sublimis id est altꝰ magno hiatu.i.habẽs magnã apturã oris:quasi defessus sit põdere mensarũ:cõfectꝰ sup.ex illis dẽtibus.s.elephantoꝝ quos porta syenes:illiꝰ insule in finibus ethyopie: ⁊ quos mauri celeres mittũt:⁊ quos indus obscurior.i.nigrior mauro sup.mittit ⁊ quos belua.s.elephas deposuit in saltu nabatheo.i.arabico existẽtes sup.iã nimios.i.nimis magnos:⁊ graues.i.molestos ex grauitate:capiti scȝ ipsius belue.hinc.i.ex hmõi luxu ⁊ nimio apparatu mensarũ surgit inqt poeta orexis.i.nausea quedã.hinc bilis.i.amara indignatio surgit stomacho sup.meo.q.d. ego ex tã perdito luxu nõ minus afficior nausea:q̃ ex immũdicia alioꝝ:⁊ ergo caueo.i.fugio cõuiuam superbũ.i.tali luxu vti solitũ:qui cõparat sibi.i.apparatui suo superbo.me.i.modicitatẽ meã:⁊ despicit res exiguas.i.modicas. Adeo.i.oĩno nulla vncia eboris est nobis:nec tesselle.i. ꝑue tessere: sunt mihi ex hac materia.i.ex ebore:nec calculus q nũc scacchus dicitur est mihi ex hac materia:quin.i.qnetiã ip̃a manubria cutelloꝝ sunt ossea.i.ex osse vulgari:nõ ex dente elephãtis.tamen vlla obsonia non fiũt vnq̃ rancidula.i.rancore corrupta his.i.ꝓpter hmõi manubria. Nec gallina secatur.i.dũ demẽbratur fit peior ideo quia scȝ ossea sunt. Signãter dicit peior nõ peiꝰ: quia parui curat poeta bene an male secetur gallina dũmodo ip̃a male secta nõ fiat peior. Unde infert. Sed nec structor id est peritus incisor ⁊ dispositor obsonioꝝ erit mihi sup.existẽs discipulus triphei illius viri doctoris id est docẽtis obsonia mẽbratim diuidere cui.discipulo debeat cedere tanq̃ minus perita:omnis pergula id est tota schola versantiũ in pergula id est loco ad quẽ plures pergũt aut vt discãt aut vt videant res nouas:doctoris dico tripheri apud quẽ lepus est cũ magno sumine:atq; aper ⁊ pigardꝰ id est talis caprea ⁊ volucres scythie.i. phasiani ⁊ ingens phenicopterus id est auis a rubris pẽnis appellata:oryx qui vnicornis ⁊ bisulcis pedibus est:getulus.i.in getulia plurimũ repertus:ceditur.i.inciditur lautissima.i.lautissime ferro hebeti:quia omnia iam dicta obsonia:nõ sũt vera:sed simulachra eoꝝ ex ligno cõfecta ⁊ tenuiter cõglutinata vt cultro obtuso diuidi mẽbratim: sed non destrui aut dissecari possint. Potest etiã

oꝛdo eſſe:⁊ apud quem cena lautiſſima et his oībus.ſ.cōfecta cedit.i.diuidit quaſi incidat ferro id ē cultro:hebeti.i.obtuſo:⁊ cena vlmea.i.vlmo quadam arboꝛe ad hoc apta vnde.ſ.rote vt plurimū fiunt:cōfecta:ſonat.i.fragoꝛē ⁊ crepitū facit eo ꝙ lignū ſiccum iam eſt.tota ſubura.i.ꝑ totum vicū illū rome. Nec noſter tyꝛūculus.i.puus ⁊ nouus miles in hoc genere militie adhuc iperitꝰ nouit ſubducere.i.honeſte decidere capꝛee:a capꝛea:fruſtū.i.bolū decentē eos ꝗbus poꝛrigat:nec latus auis aphꝛe.i.galline ꝗ̄ in latere candidā carnē habet.tyꝛūculus dico ac rudis omni tpe.i.qui in ea re ſemꝑ tyꝛūculus erit ⁊ nunꝙ̄ ꝑitus miles.⁊ imbutus.i.pꝛimū eruditus fruſtis.i.ꝑ fragmenta ⁊ nō integras feras aut aues exigue ofelle.i.carniꝰ inſulente.

Plebeios calices:⁊ paucis aſſibus emptos
Poꝛrigit incultus puer:atq̃ a frigoꝛe tutus
Non phꝛyx aut lycius non a māgone petitus
Quiſꝙ̄ erit:⁊ magno:cum poſcis:poſce latine
Idem habitus cunctis tonſi rectiq̃ capilli
Atq̃ hodie tantum pꝛopter conuiuia pexi:
Paſtoꝛis duri eſt hic filius.ille bubulci
Suſpirat longoꝰ non viſam tempoꝛe matrem
Et caſulam:⁊ notos triſtis deſiderat hedos
Ingenui vultus puer:ingenuiq̃ pudoꝛis.
Quales eſſe decet:quos ardens purpura veſtit:
Nec pugillares defert in balnea raucus
Teſticulos:nec vellendas iam pꝛebuit alas:
Craſſa nec oppoſito pauidus tegit iguina gutto.
Hic tibi vina dabit diffuſa in montibus illis
A quibus ipſe venit:quoꝛum ſub vertice luſit:
Nāq̃ vna atq̃ eadem vini patria:atq̃ miniſtri.

¶Plebeios calices:ijdē audaces dicunt:nā falſa ſpecie imitabantur chꝛyſtallina: vitrei erant Mar.li.xiiij. Nō ſumꝰ audaces plebeia toꝛeumata vitri. Noſtra neq̃ ardenti gēma feritur aqua. A frigoꝛe tutus: craſſo indutus pāno. A māgone petitꝰ:non habeo inꝗt elegantē miniſtrū quē emerim:ſꝫ ruſticū:⁊ in agro natū. Māgones erāt pueroꝛū foꝛme magiſtri ⁊ mentiendi coloꝛis artē ꝓbe callentes ꝗ̄ſi manu agones dicti vt aiūt. Quiſꝙ̄:e meis pueris. Et magno.ſ.ꝑcio nō petitus erit. Poſcis.ſ.aliꝗd. Latine nō grece. Cunctis ē. Tonſi.ſ. ſunt:non lōgi. Recti nō criſpi:⁊ calamiſtrati. Cōuiuia: Cato ſenioꝛ in Cicerone ſic ait. Bene em̄ maioꝛes accubationē epularem amicoꝝ:q: vite cōiunctionē haberet Cōuiuium noīarunt.melius ꝙ̄ greci.ꝗ hoc idem tū Compotationē.tum cōcenationē vocant.de hoc etiā latius in ſaty.i. Ingenui:natiui ac naturalis nō aūt culti ⁊ fucati. Ardēs purpura.i.pꝛetexta veſtis ſplendens ⁊ oꝛnata purpura. ꝗ̄ nobiles pueri vtebant.de qua latiꝰ ſupꝛa. Nec pugillares defert in balnea raucꝰ Teſticulos nec vellēdas ꝑ̄buit alas.ꝑ hec v̄ba oñdit puerū eē ſimplicē ⁊ purū:nec ꝑueniſſe adhuc ad pubertatē. Uñ pl̃s lib.vij.de aīalibus ait. Mas ꝑ̄mū ſemen genitale magna et ꝑte incipit ferre anno pacto bis ſeptimo ſimul etiā pubeſcere incipit. Uox itē ꝑ id tp̄s mutari in ſonū aſperioꝛē ⁊ inequabilioꝛēq̃ incipit:ꝙꝙ̄ nondū grauent qꝺ capꝛire denoīant. Idq̃ potiſſimū incipit ijs:ꝗ rem venereā incipiūt agere. Pugillares:ad pugilli foꝛmā. Raucꝰ ꝓpter coitū.ſ.vt diximꝰ. Nec vellendas alas.i. nō laſciuus eſt nec ꝓpterea grādis ſed puer ⁊ ſimplex.ait aūt ſeneca in balneis fuiſſe alarū vulſoꝛes:vt ſupius oſtendimꝰ. Uñ de alipte inꝗt epl̃a.lvij. Niſi dum vellit alas ⁊c. Macro.autē libꝛo.vij.ſat.ſcribit ꝙ humoꝛ naturalis in coꝛpoꝛe:quando etas tranſijt pueritiā fit durioꝛ:⁊ acuitur in pilos:ideo tunc ⁊ pubes ⁊ gene ⁊ alie partes coꝛpis veſtiūtur. Gutto oleario vaſe quo in balneis vtebantur:de quo etiam late ſuperius.

Man.

Mangones

Conuiuia

Maris ſemē
Pubes
Uox puberū

¶Plebeios calices. Eandē rē ꝑſequit. Oꝛdo eſt. Puer incultꝰ.i.nō elegāter oꝛnatꝰ:atq̃ tutꝰ tū a frigoꝛe.i.ſatis decēter veſtitꝰ:poꝛriget calices plebeios.i.qualibꝰ plebs vtit.hoc ē pocula vitrea:emptos paucis aſſibꝰ.i.vili ꝑcio. Quiſꝙ̄ ſup.pueroꝝ meoꝝ nō erit phꝛyx.i.troianꝰ aut lycius.i.ex lycia:⁊ quiſꝙ̄ nō erit petitꝰ.i.reꝗſitꝰ ⁊ cōꝑatus a māgone.i.vēditoꝛe ⁊ exoꝛnatoꝛe puerorum,equoꝝ ⁊ eiuſmōi rerū:magno ſup.ꝑcio.quū.i.qñ tu poſcis aliꝗd ab eo poſce latine.i.ver

Aſcen.

bis italicis q̃ illi vernacula sunt. Idē hitus est sup. cūctis. s. pueris meis ⁊ capilli sunt cūctis tōsi nō nimis longi: ⁊ recti nō crispātes sꝫ demissi: atqꝫ pexi tñ hodie ꝓpter cōuiuia. hic est filius duri pastoris: ille bubulci suspirat. i. suspirādo desiderat: matrē ⁊ casulā. i. domūculaꝫ ī qua natus est: nō visam lōgo tp̄e: ⁊ ip̄e tristis desiderat sup. videre hedos notos vt quoꝝ aliqñ custos fuerit: existēs puer vultus ingenui ⁊ pudoris ingenui. i. nō seruilis: q̃les decet esse filios sup. nobiliū: quos purpura. i. p̄texta purpurea ardēs. i. multū resplēdēs vestit. Nec ip̄e raucus ꝓpter coitū. s. pactū: hoc ē adhuc castus (aliq̇ legūt draucus. i. vt officiū draucoꝝ p̄stet) defert. i. secū fert: testiculos pugillares. i. instar pugillariū. vñ dictū est in vi. q̃ psaltria penē maiorē ꝗ̄ sint duo cesaris anticatones ⁊c. vel in morē pugillariū cōplicatorū rotōdos. nec p̄buit alas vellēdas: hoc ē qui nōdū pilosas habet alas. nec ip̄e pauid⁹ timēs ne videanť: tegit inguina mēbra virilia crassa. i. pinguia gutto. i. cornu aut vasculo ligneo: vñ guttatim oleum distillet: opposito hic. i. hmōi puer dabit tibi vina: diffusa. i. exp̄ssa ex vuis: ī ill' mōtib⁹ a q̇b⁹ ip̄e vēit: ⁊ sub q̄ꝝ vertice lusit nāqꝫ

Forsitan expectes vt gaditana canoro
Incipiat prurire choro: plausuſqꝫ probate
Ad terram tremulo descendant clune puelle
Irritamentum veneris languentis: ⁊ acres
Diuitis vrtice. maior tamen ista voluptas
Alterius sexus. magis ille extenditur: ⁊ mox
Auribus atqꝫ oculis concepta vrina mouetur:
Nō capit has nugas humilis domus: audiat ille
Testarum crepitus cum verbis nudū olido stās
Fornice mancipiū quibus abstinet ille fruatur.
Vocibus obscenis: omniqꝫ libidinis arte
Qui lacedemonium pytisinate lubricat orbem.
Nāqꝫ ibi fortune veniam damus: alea turpis
Turpe ⁊ adulterium mediocribus. hec eadem illi
Omnia cum faciant hilares: nitidiqꝫ vocantur.
Nostra dabunt alios hodie conuiuia ludos.
Conditor iliados cantabitur: atqꝫ maronis
Altisoni dubiam facientia carmina laudem:
Quid refert tales versus: qua voce legantur?

Man.
Gaditane puelle

vna ⁊ eadē p̄ria ē vini atqꝫ mistri
¶ Gaditana. s. puella: nam lasciue licentie: ⁊ īpudici: mot⁹ puelle fuere gaditane. Mar. lib. vi. de Thelesina: Edere lasciuos ⁊ betica crusmata gest⁹: Et gaditanis ludere docta modis. Tendere q̃ tremulū pelian: hecubeqꝫ maritū posset ad hectoreos sollicitare rogos. Prurire: libidinem cō mouere. Plausuꝫ astātiū. s. Probate laudate. Irritamētū: appositio ē: Vrtice: irritatōes. maior scꝫ est. Alteri⁹. i. feminei. Ille femineus sex⁹ Extēdiť ad libidinē Aurib⁹: ꝗ̄tū ad v̄ba: Vñ ait iferius: ille fruať vocib⁹ obscenis: oīqꝫ libidinis arte. Oculis ꝗ̄tuꝫ ad gest⁹. Cōcepta et impudicis gestib⁹. Vrina moueť: luxurie ardore. capit: recipit. Nugas vanitates ⁊ libidines. Testarū crepitus. i. tympanoꝝ: testa aūt ꝓprie cretea est. Cū verbis inhonestis scꝫ Olido fornice putēti lupanari. Mancipium: serua meretrix. Quib⁹. s. verbis. Fruať delecteť. Qui lacedemoniū: Pytismate lubricat orbē. In anulatos hoc dictū est: senatores. s. atqꝫ equites: q̇ anulis vtebātur: nam pitizo signat sputo leui ⁊ crebro irrorare ⁊ pytisma e leui sputo irrorō dř ferētes āt anulos sepi⁹ oblectationis ostētatōisqꝫ grā extrahūt sputo addito ad lubricādos digitos. Sūt aūt q̇ legāt pytilismate dicētes. pytilisma eē exercitatōis gen⁹ s̄m galienū ⁊c. ꝗ ego mime ꝓbauerim: nihil enim ad poete sensū: supior v̄o snīa maxime cōuenit: dicit eñ poeta. Mediocrib⁹ turpe haberi: si turpis gest⁹ voluptatis cā aspiciāt: diuitib⁹ v̄o licere videri: hic ait oīa cū faciāt hilares nitidiqꝫ vocāť q̄ q̇dē epitheta hūilib⁹ ac in ludis se exercētib⁹ minime ꝯueniūt: ip̄is aūt diuitib⁹ oīa licere vidētur. Hic ⁊ sat. viij. sic ait. At vos troiugene vobis ignoscitꝭ ⁊ q̄ turpia cerdoni: volesos brutosqꝫ decebūt. Orbē lacedemoniū. i. anulū. lacedomones eñ anulo vtebāť ferreo tñ: vt pli. scribit lib. xxxiij. e grecia aūt anulis origo fuit. Lubrica lubricū facit. ibi. i. in diuitib⁹. fortūe. i. gaze ⁊ honorib⁹. Nr̄a dabūt alios hodie ꝯuiuia ludos: Idē fere pli. li. i. ep̄la ad septimum ait eñ inuidisti nescio an tibi: certe mihi: sꝫ tñ ⁊ tibi. Quātū nos lusissem⁹ risissem⁹: studuissem⁹ potes apparatius cenare apud multos nusꝗ̄ hilari⁹: simplicius: icauti⁹: in sūma expire. Dubiā laudē. dubitatur eñ q̄

Pytilisma

magis laudandā sint:homeri:ne an Maronis. Tales versus. Homeri atq Virgilij.

¶ Forsitan expectes. Ordo est. Tu persice expectes forsitan vt gaditana sup. puella incipiat prurire. id est pruritum facere et libidinem excitare choro canoro. id est simul canentium: ꝛ vt puelle probate. id est laudate plausu. i. dum applaudunt: descendant ex saltu scilicz ad terraz: clune tremulo quod lubricitatis signum est: vñ addit ꝑ appositionē: exītes sup. irritamentū. i. excitatio ꝛ ꝓuocatio: veneris. i. libidinis: languētis id ē ībecillis: et exītes acres vrtice. i. pruriginis excitatrices diuitis sup. viri: tñ ista. i. istiusmōi cōtēptibilis voluptas saltādi ꝛ trepudiādi alteri⁹ scz muliebris sex⁹ est maior scz ꝙ virilis: ille sexus. s. muliebris extendit sup. ad libidinē magis: ꝛ vrina. i. petulātia vrine: cōcepta aurib⁹ ꝑ īpudica ꝟba: atq oculis ꝑ obscena mēbra mouet. i. excitatur. Domus hūilis nō capit has nugas. i. illecebras vanas. Ille scz diues audiat crepitus testarū. i. tympanoꝝ: cū verbis ꝗbus abstinet: mancipiū. i. scortū: stans nudū. i. prostās in fornice. i. ꝓstibulo sub arcu testudineo theatri: aut alteri⁹ edificij cōstituto: olido. i. fetēte ꝓpter lucernas: ꝛ sordes alias. Ille scz diues ꝗ lubricat. i. lubricū facit et irrorat vt possit deponere et ostentare pytisinate. i. sputo frequēti: orbē. i. anulū ponderosuz: lacedemoniū. i. instar anuli lacedemonioꝝ ꝗ magnus sed ferreus erat. Nā pro q si diues sup. talia facit: nos damus fortune. i. ꝓpter fortunas et diuitias eius veniā. Alea est turpis mediocribus: ꝛ adulteriū est turpe mediocribus. i. mediocriter diuitib⁹: ꝛ illi videlz diuites cū faciāt vl' quū faciūt hec eadē que turpia sunt mediocribus: ipsi vocant hilares ꝛ nitidi. i. lauti ꝛ liberales ꝛ nō sordidi nec tristes nimiū. Nostra cōuiuia dabūt hodie alios ludos: i. alias recreatiōes: q honestas. Cōditor iliados. i. homerus cātabit. i. ꝓnūciabit: atq carmina maronis. i. vergilij: altisoni. i. altiloꝗ ꝛ cothurnati facientia laudē dubiā: vtrū scz maiorē an minorē habeāt ꝙ carmina homeri. i. que possunt certare laudibus homeri cātabunt sup. hodie. Si ꝗs autē dicat puerū impitū esse qui ea ꝓferret: addit poeta. Quid refert qua voce. i. pronunciatione tales. i. tam bene cōditi versus legant. q. d. nihil

Sed nunc dilatis auerte negocia curis:
Et gratam requiem dona tibi: quando licebit
Per totam cessare diem: non fenoris vlla
Mentio: nec prima si luce egressa reuerti
Nocte solet tacito bilem tibi contrahat vxor:
Humida suspectis referens multicia rugis:
Vexatasq comas: ꝛ vultum: aurēq calentem.
Protinus ante meum quicquid dolet exue limen
Pone domum: seruos ꝛ quicquid frangitur illis
Aut perit: ingratos ante omnia pone sodales.
Interea megalesiace spectacula mappe
Ideum solenne colunt: similisq triumpho
Predo caballorum pretor sedet: ac mihi pace
Immense nimieq licet si dicere plebis
Totam hodie romā circus capit. ꝛ fragor aurā
Percutit euentum viridis quo colligo panni
Nam si deficeret: mestam attonitamq videres
Hanc vrbem: veluti cannarum puluere victis
Cōsulib⁹. spectēt iuuenes quos clamor ꝛ audax

¶ Quū qm̄ Cessare: ab reb⁹ gerēdis. Mētio: fiat. Bilē: amaritudinē. Cōtrahat. moueat. i. nō sis zelotipus. Hūida ꝓpter coitum Multicia: vestimēta de ꝗb⁹ saty. ij. Frāgit consumit: Interea: duz nos cenabim⁹: arguit aūt circēsibus deditos. Megalesiace mappe: Megalesia ludi erāt magne mr̄is. i. cybeles: de ꝗb⁹ late supi⁹. Mappe. Cassiodor⁹ scri. ꝙ mappa leticie signū circēsib⁹ dabant: atq ostēsa mappa certa videbat ꝓmissio futuroꝝ circēsiū. in ea ꝟo vt dicūt aliꝗ Pictura erat ꝛ forma ludoꝝ. de hac Mar. li. xij. sic ait. Cretatā ꝑtor quū vellet mittere mappā ꝑtori Mappā surripit hermogenes. Ideum solēne: appositio ē. Ideū aūt. i. idee cybeles. ꝗ ī vrbez e phrygia ducta fuerat. Colūt: romāi celebrāt. Silis triūpho: hitu silis triūphāti. Ut supi⁹ dictū ē sat. x. ibi: Quid si vidisset ꝑtorē currib⁹ altis extātez Predo caballoꝝ: ꝑdo ait vel ꝙ victores eꝗs iuitis dn̄is sibi emeret: iniquo ꝑcio vel ꝙ victoribus eꝗs palmā eripet: ꝛ imeritis daret: qđ itē hodie fieri sepius vidimus ī vrbe ꝑserti. Sedet ī curru s. Capit: recipit. Fragor strepit⁹

Aten. — Man. — Megalesia — Mappe ludorum

Sponſio:quos culte decet aſſediſſe puelle.
Noſtra bibat vernũ contracta cuticula ſolem:
Effugiatq; togam iam nũc in balnea ſalua
Fronte licet vadas:q̃q̃ ſolida hora ſuperſit
Ad ſextam: facere hoc non poſſis quinq; diebus
Continuis:quia ſunt talis quoq; tedia vite
Magna:voluptates cõmendat rarior vſus.

Quo fragore. Colligo:aīaduerto cõſidero. Euentũ:euẽtus exitus eſt alicui⁹ negocij in quo queri ſolet q̄d ex quaq; re euenerit eueniat euẽtũ ſit. vt ſcri. Cic.li.i. rhet.

Pannus in circẽſibus

Viridis pãni. Viridis pãn⁹ premiũ erat in circẽſibus. Erãt autẽ factiones q̃tuor Circenſiũ ludorũ a panni colorib⁹ denoiate τ diſcrete. Colores vero quadrifariã diuiſi erãt in tẽporũ vicẽ.

Praſinus

Praſin⁹ virẽti veri dicat⁹ erat. Roſe⁹ eſtati. Albus pruinoſo autũno. Venetus nubile hyemi. factio quelibet colori ſuo fauebat. Hinc ait Mar.li.xiiij. Si veneto praſinove faues:q̄ coccina ſumis. Ne fias iſta trãſfuga veſte vide. Naz coccinat⁹ ꝑ trãſfuga iure habit⁹ fuiſſet:vtpote q̄ relictis praſino atq; veneto:ad purpurei panni factionẽ abijſſet. Praſinos viridis dicit̃:praſina viriditas. Nã ſi deficeret.ſ.viridis pãni euẽtus vt alterius eſſet factionis. Quelibet eñi vbiq; factio ſuis fauebat. Hinc Mart.lib.ix. At minor in magno clamor furit amphiteatro. Vincẽti parme quũ ſua turba fauet. Eſt aũt parma hoc loco viri ꝓpriũ. Et Sueto.ſcri. C. Caligulã praſine factioni ita addictũ τ deditũ fuiſſe vt cenaret in ſtabulo aſſidue τ maneret. Meſtã attonitãq; videres hãc vrbẽ: Plini⁹ idẽ fere li.viij.epl̄a ad caluiſiũ de circẽſibus meminit his v̄bis. Quo magis miror tot milia virorũ tã pueriliter idẽtidẽ currẽtis equos inſiſtẽtis currib⁹ hoies videre: Sed tñ ſi velocitate equorũ aut hoiũ arte traherẽtur:eſſet rõ nõnulla:nũc fauẽt pãno.pannũ amãt τ ſi in ipo curſu nõ mediocri certamine:hic color illuc:ille huc trãſferat̃.ſtudiũ fauorq; trãſibit:τ repẽte agitatores illos:equos illos:quos ꝓcul noſcitãt:quorũ clamitãt noia relinquẽtes: tanta gratia tãta auctoritas:in vna viliſſima tunica.τc.hec Plinij verba Juue.carmina pñtia optime aperiũt. Cõſulib⁹:paulo emilio: τ Terẽtio Varro. Audat ſpõſio.i.cõtentio τ altercatio:que fiebat depoſitis pignorib⁹:quũ alij aliũ victorẽ aſſererẽt. Unde Oui.in arte ait. Et q̄rit poſito pignore vincat vter. Aſſediſſe:ꝓpe eſſe. Ouidius. Proxim⁹ ad dominã nullo prohibẽte ſedeto. Contracta:rugoſa. Vernũ ſolem:id eſt tepentem. Solebãt eñi in ſole ambulare. Unde Plinius li.iij.epiſtola: p̄ma de ſpurinna ſic ait. Ubi hora balnei nũciata eſt:eſt aũt hyeme nona eſtate octaua:in ſole ſi caret vento ambulat nudus: deinde mouet̃ pila vehemẽter τ diu.τc. Effugiatq; togã:id eſt exuat τ deponat balneorũ videlz gratia. Vel effugiat togã:id eſt togatorũ curas τ tedia. Hinc Mar.li.iij.ad librũ ſuũ ait. Cur abſim queret:breuiter tu multa fatere. Nõ poterat vane tedia ferre toge. Jã nũc in balnea.i.q̄uis nõ ſit hora ſexta potes attamẽ ſalua frõte.i.ſine pudore adire balnea:vt poſtea cenem⁹ hoc autẽ ait:qm̃ ſexta hora lauabãtur. Mar.immodico ſexta nerone calet. Pli.vero vt oſtendim⁹ ait balnei horã in hyeme nonã:eſtate octauã fuiſſe. Hoc.ſ.balnea frequẽtare. Voluptates cõmẽdat rarior vſus. Mar.itẽ ait li.iiij.ad pudẽtẽ. Rara iuuãt:primis ſic maior gratia pomis.hiberne preciũ ſic meruere roſe. At Ci.in lelio ſic:τ q̄dã oia p̄clara:rara. Voluptates:voluptates q̄dẽ diuerſe ſũt teſte p̄ho li.x.ethi.τ q̄ ab honeſtis reb⁹:τ q̄ a turpib⁹ prodeũt. Belli⁹ itẽ lib.xvij.c.v.ſic ait. puteolis eſtiuarũ ludũ τ iocũ i lr̄is amenioꝛib⁹ τ in voluptatib⁹ pudicis honeſtiſq; agitabam⁹ τc. Socrates quoq; in gorgia platonis aſſerit voluptates bonas τ malas eſſe. Bone eñi ſunt q̄ vtiles:male ãt q̄ noxie. Pl̄a ẽt de voluptate dicta ſũt i ſat.vi.ibi.ſ. Nã q̄ptula nr̄a voluptas.itẽ i ſat.i.

Aſcen.

¶ Sed nũc dilatis.τc. Monet perſicũ vt letũ cõuiuã agat eiectis curis domeſticis:τ etiã ludorũ circẽſiũ quib⁹ reliqui nimiũ intẽti ſunt. Ordo eſt. Sed o ꝑſice auerte negocia.i.domeſticarũ rerũ adminiſtrationes:τ hoc curis dilatis.i.extẽſis in aliud tẽpus:τ dona tibi nũc gratã requiẽ qñ licebit ceſſare ꝑ totã diẽ:vlla mẽtio fenoris nõ fiat ſup.apud me.nec vxor cõtrahat.i. cõmoueat tibi tacito.i.tacẽti:bilẽ.i.iracũdiã τ indignationẽ amarã:ſi ipa egreſſa prima luce ſolet reuerti nocte:referẽs multitia.i.mollia ſua indumẽta humida:ꝓpter coitũ:τ hoc rugis.i.plicis ſuſpectis ꝙ ſit inclinata ab adultero.τ referẽs comas vexatas a petulãte adultero:τ vultũ τ aurem calentẽ ex libidinoſa cõtrectatione:τ laſciuis morib⁹.hoc eſt exue zelotypiã τ exue protin⁹ id eſt ſtatim vel omnino ante limẽ meũ.i.q̄ñdo intrabis domũ meã: quicq̄d dolet ſup.tibi. id ẽ memoriã oim rerũ que triſtitiã afferre poſſint: Pone.i.depone e memoria aut ſollicitudine tua domũ:ſeruos τ quicq̄d frangitur illis.id eſt ab illis videlicet ſeruis: aut perit id eſt deperditur:

et ante omnia pone.i.depone obliuiscere sodales.i.cōuictores ingratos:ne inter edendū illorū fiat memoria.interea dū nos cenabimꝰ romani sup.colunt spectacula mappe megalesiace.i.qua ostensa certū erat megalesia.i.ludos magne matris deū celebranda esse in proximo. In ea em̄ pictura ꝛ forma erat ludorū:aut ea p̄miū erat victori:colūt ergo spectacula megalesiace mappe appositorie:solēne ideū.i.troianū:hoc est existentia solēne quoddā a troianis introductū. Hoc autē videt̃ poeta dicere vt demat ꝑfico sollicitudinē negocioꝝ q̄ cū populo habet.q.d.ciuitas tota erit occupata in circensibꝰ:ideo et tu mecū securā vitā agere poteris:simul tñ taxat affectionē populi romani ad eiusmōi ludos.et pretor ex̄ns p̄do caballoꝝ.i.equorū illic vincentiū quos nō iustis pretijs sibi cōparat inuitis dn̄is:aut quos fraudat p̄mio debito: traducto eo ad alios per fauorē:sedet similis triūpho.i.triūphanti:in curru scꝫ et vestibus triūphalibus.ac.i.atqꝫ si lꝫ mihi dicere pace.i.cū pace ꝛ bona gratia plebis imense et nimie:circus.i.locus vbi fiūt ludi circenses:capit.i.irretit ꝛ illaqueat quasi captiuā totā romā:et fragor.i.cōcrepitꝰ currū equorū et populorū ꝑcutit aurā.i.aerē mediū:quo fragore ego colligo.i.cōiecto euentū panni viridis.i. q̄d euenerit viridi pāno decoratis:si em̄ victores sunt ab oibus acclamat̃.viridis pānus:viridis pannus sup.vicit et ita de reliq̄s.nā si euētus sup.viridis pāni deficeret:a victoria scꝫ q̄ illi maxime fauebāt:tu videres hanc vrbē mestā atqꝫ attonitā:veluti sup.erat cōsulibus scꝫ paulo emilio ac terētio varro.victis ab annibale in puluere cānarū illius vici cāpanie. Iuuenes quos clamor.i.applausus vel concertatio vbi dubia est victoria decet:et quos sponsio.i.depositio de futura victoria huiꝰ vel illius decet:et quos decet assedisse puelle culte.i.iuxta puellā cultā:spectent hmōi ludos.nostra aūt cuticula que iā vetula est:contracta.i.corrugata senio: bibat.i.excipiat apricādo solē vernū.i.calorē solis tēperatū:et effugiat togā.i.togatoꝝ qui ludis intersunt sollicitudinē:licet vt vadas iā nūc in balnea:et hoc fronte salua a rubore scꝫ ꝛ infamia:q̄ oēs ꝑdite vite hoīes intersunt circensibus:q̄ꝙ hora solida.i.integra et plena supsit.i.abundet vsqꝫ ad sextā qua balnea calebāt.tu nō possis facere hoc.i.quātūuis libere frequētare balnea quinqꝫ diebus cōtinuis:q̄ magna tedia sunt:quoqꝫ.i.etiā talis vite:rarior vsus cōmendat.i.gratas et iocūdas facit voluptates.i.id vnde si raro fiat voluptates caperentur:sin frequenter:tedium.

Satyra Duodecima.

De Catulli reditu.



Atali corrine die mihi dulcior hec lux
Qua festꝰ promissa deis animalia cespes
Expectat:niueam regine cedimus agnam:
Par vellus dabitur pugnanti gorgone maura:
Sed procul extēsum petulās quatit hostia funē
Tarpeio seruata ioui:frontemqꝫ coruscat
Quippe ferox vitulus templis maturus ꝛ are
Spargēdusqꝫ mero:quē iam pudet vbera matris
Ducere:qui vexat nascenti robora cornu.

¶ Argumentū Satyre.xij.
Hissena arguitur Satyra captator auarus.



Atali corrine die Scrib. poeta velle dijs vota ꝑsoluere: q̄ q̄dē ꝓ catulli amici sui naufragi salute vouerat. Deinde illos arguit:q̄ auaritia ducti ꝓ illis vouēt dūtaxat: q̄ orbi sunt.habētibꝰ autē filios nil boni cōferūt. Promissa aīalia.tū p̄cipuꝰ votoꝝ locꝰ est:quū spei nullus est.vt inq̄t Pli.viij.c.xv. Quidꝰ itē li.i.de tristibus: dij maris et celi:quid em̄ nisi vota supsunt: soluere quassate ꝑcite mēbra ratis. Cespes:ara e cespite. Est aūt cespes herba cū ꝓpria terra euulsa. Oui.lib.ij.de amoribꝰ. Gramineus madidā cespes obūbrat humū. Regine.i. Iunoni. Uer. Ast ego qui diuū regina incedo.ꝛc. Par vellus:etiā agna niuea Pugnāti id est minerue:que meduse gorgonis caput in scuto gerit. De quo Homerus libro quarto iliados sic ait. Tum egida humeris accōmodat:trilicē:horrendā:ꝛ vndiqꝫ terrore redimitā: in ea robur.in ea contentio:in ea minarū vociferatio ꝛ atrox clamor:in ea deniqꝫ inest gorgoneum caput:dirum terribile:ꝛ quo nullū vlterius nouit iuppiter mōstrum atqꝫ portentum. De me

Man.
Votorum Locus
Cespes
Egis
Palladis
Gorgonis caput

dusa aūt videto in sat.iiij. Petulās:cornu petēs:seu iā lasciuus. Funē. Pli.li.viij.cap.xlij.scribit Vitulos ad aras humeris boim illatos:nō fere litare:sicut nec claudicāte nec aliena hostia deos placari:nec trahente se ab aris. Macro.vero lib.iij.sat.addit obseruatū esse a sacrificantib⁹ vt si hostia q̄ ad aras duceret̄ fuisset vehemētius reluctata:oñdissetq; se inuitā altaribus admoueri:abnueret̄:q: inuito deo eā offerri putabāt. Scribit idē in dicto libro:ꝙ litare significat sacrificio facto placasse numē. Tarpeio seruata ioui.nō ab re hec tria numina q̄ sub eodē tecto in capitolio colebant̄ poeta votis ꝓsecutus est:nā penates erāt romanorū:vnde Macro.li.iij.sic ait Sz qui diligētius eruūt veritatē penates esse dixerūt:ꝑ quos penitus spiramus:per quos habem⁹ corp⁹:ꝑ quos rōnez animi possidemus. Esse aūt mediū Ethera iouē. Junonē vero imū aera cū terra Mineruā sūmū etheris cacumē. Et Cice.in lib.de na.de.ait:penates dictos siue a penu:est eñi oē quo vescūtur hoies penus:siue ab eo ꝙ penit⁹ insident:ex quo etiā penetrales a poetis vocant̄. Coruscat:cōcutit:ait eñi quippe ferox vitulus quippe:q: certe est. Spargendus:in fronte scz aut vertice. Virg.lib.iiij.media inter cornua fudit ⁊c. Affectibus:desiderijs.

Ascen. Atali coruine ⁊c. Jn hac satyra se vere amicū habere aim in catullum significat poeta:rep̄hensur⁹ captatores hereditatū quos heredipetas vocāt:q̄ se amicos vt heredes inscribant̄ simulant. Ordo est.o coruiue hec.i.hodierna lux est mihi dulcior natali die:quo tñ maxime genio ⁊ voluptati indulgere solebāt:qua sup. luce cespes.i.ara ex cespitibus.i.terra cū herba cōfectus:festus.i.quē ego festū facio expectat aialia ꝓmissa deis saluatorib⁹ scz amici mei catulli:nos cedimus id ē mactam⁹ regine sup.deoꝝ.s.iunoni agnā niueā.i.cādidā.⁊ par.i.cōsilis coloris hoc ē etiā albū vell⁹ dabit̄ sup.dee palladi seu minerue:pugnanti gorgone.s.medusa maura.i.egide hñte caput gorgonis iposituū. Sz hostia seruata ioui tarpeio.i.q̄ colit̄ in arce tarpeia:hoc ē in capitolio hoc est bos cādidus exñs petulās.i.q: piguis lasciuiens ⁊ cornupetēs:quatit.i.cōcutit ꝓcul.i. de longe funē extensuz.i.laxū:nō eñi poterat arcte ligari:ne inuit⁹ videat̄ offerri:qd̄ signū mali ominis credebat̄:⁊ coruscat.i.micando vibrat frontē:quippe.i.vtpote vitulus.i.bos intact⁹ q̄ nūdū iuguz traxerit:ferox ⁊ maturus templis et are.i.sacrificio:et spargendus mero.i.vino puro qd̄ inter cornua aurata fundebat̄:quē pudet iā ducere.i.ductu quodā oris exugere vbera matris et qui vexat.i.frequenter petit robora id est truncos arborū:cornu nascenti et nondū solido.

Man. ¶Pinguior hispulla: mulierē sui tpis obesam carpit. Pli.lib.i. epl'a ad Calestriū meminit de hispulla q̄dā vxore cornelij rufi clarissimi viri:meminit ⁊ alibi credēdū deniq; iuue. tpe plures huius ce nois fuisse:inter q̄s hec quā taxat obesa erat.de q̄ itē dixisse puto saty.vi.ibi.s. Hispulla tragedo gaudet. Mole:pōdere. Sāguis iret:ꝓ exiret. Feriēda.s.eēt. Clitūni: in phalisco Clitūni ānis aq̄ pota cādidos boues facit. in boetia ānis Melas: Oues nigras. Auctor Plinius libro secūdo. Et Virgili⁹ libro.ij.geor.sic. Hic albi clitūne greges: ⁊ maxima taurus Victima:sepe tuo perfusi flumine sacro Romanos ad templa deū duxere triūphos. Grādi ministro:summo pontifice. Amici: Catulli scz. Preter:vltra. Jgnis: fulguris scilicet. Conferri:cōparari. Poetica.i.qualis ⁊ quāta ab Home describit̄ in vlyssē. Et a marone li.i.eneid.in Eneā. Sortis

Clitūnus

Melas

Si res ampla domi:similisq; affectibus esset:
Pinguior hispulla traheretur taurus:⁊ ipsa
Mole piger:nec finitima nutritus in herba.
Leta sed ostendēs clitumni pascua sanguis
Jret:et a grandi ceruix ferieda ministro
Ob reditū trepidātis adhuc:horrēdaq; passi
Nuper:⁊ incolumē sese mirantis amici.
Nam preter pelagi casus:⁊ fulguris ictum
Euasi:dense celum abscondere tenebre
Nube vna:subitusq; antemnas impulit ignis
Cum se quisq; illo percussum crederet:⁊ mox
Attonitus nullū conferri posse putaret
Naufragium velis ardentibus:omnia fiunt
Talia tam grauiter siquando poetica surgit
Tempestas.genus ecce aliud discriminis audi

Et miserere iterū:q̄q̄ sint cetera fortis
Eiusdem pars dira quidem:sed cognita multis
Et quā votiua testantur pbana tabella
Plurima.pictores quis nescit ab iside pasci?
Accidit ⁊ nostro similis fortuna catullo:
Cū plenus fluctu medius foret alueus:⁊ iam
Alternū puppis latus euertentibus vndis
Arboris incerto:nullam prudentia cani
Rectoris cōferret opem:decidere iactu
Cepit cū ventis imitatus castora:qui se
Eunuchū ipse facit cupiens euadere damno
Testiculi:atq3 ideo medicatū intelligit inguen.
Fundite que mea sunt dicebat cūcta catullus
Precipitare volēs etiam pulcherrima:vestem
Purpuream teneris quoq3 mecenatibus aptam:
Atq3 alias quarū generosi graminis ipsum
Infecit natura pecus:sed ⁊ egregius fons
Viribus occultis:⁊ beticus adiuuat aer.
Ille nec argentū dubitabat mittere lances
Parthenio factas:vrne cratera capacem:
Et dignum sitiente pholo:vel cōiuge fusci:
Adde ⁊ bascaudas ⁊ mille escaria:multum
Celati biberat quo callidus emptor olynthi.
Sed quis nunc alius:qua mūdi parte:quis audet
Argento preferre caput:rebusq3 salutem?
Non propter vitā faciūt patrimonia quidam:
Sed vicio ceci propter patrimonia viuūt:
Iactatur rerum vtiliū pars maxima:sed nec
Damna leuant tunc aduersis vrgentibus:illuc
Decidit vt malum ferro summitteret:ac se
Explicat angustum:discriminis vltima quādo
Presidia afferimus nauem factura minorem

